

# **TEXTUS**

Emine[n]tissimo et Reverendissimo Pater  
et Dominus meus et Dominus



22. Scriverli di questa maniera esprimendo l'ingrandita obbligazione che  
ho alla Vostra Santità per la cura che ha avuto di me, e siccome  
sono dalla Vostra Santità di Vostra di quella che la medicina  
per argomentare dall'istesso grado, io ricevo in gratitudine  
modificatione di non potermi che profittare di persona, ma  
come questo non è possibile, e lo hanno benigne di Vostra non  
lo rende necessario, per compir in qualche parte come sono al  
mio debito, rimetto la Vostra di al vostro al fine, come  
che mando a poter a riceverla et a riceverla dal Vostra  
dici co quali doveri particolari, e regolami per incontrar la  
mente di Vostra et il vostro di Vostra, sup. di Vostra l'ingegno mi  
con questo modo, come lo riconosco sempre vivo nell'excit. <sup>che</sup>

29. *[Faint handwritten text, possibly a signature or date]*

## N. 1

**Card. Franciscus Barberini  
Honorato Visconti**

Romae, 20 IV 1630.

*Significat summum pontificem eum nuntium suum apud regem Poloniae designasse. Hortatur ergo eum, ut se statim Romam conferat et protectionem in Poloniam apparet.*

**Reg.:** BV, Barb.Lat. 6250 f. 16v-17r.

A Monsignor Visconti, Governatore della Marca.

La stima che fa N.ro Signore<sup>1</sup> della persona di V.ra Signoria e l'affetto paterno che le porta l'han persuasa a destinarla alla Nuntiatura ordinaria appresso la Maestà del Re di Pollonia<sup>2</sup>, di ch'io rallegrandomi seco, dandole ne avviso per ordine di Sua Santità, le dico insieme ch'ella s'allestisca per moversi di costà, e venirsene in Roma subito che le giunga l'successore in costesto [17r] Governo, che presto verrà dichiarato et inviato. Tanto debbo dire a V.ra Signoria, alla quale confermo la mia particolare affettione e di cuore la saluto. Roma, 20 Aprile 1630.

<sup>(a-a)</sup>La quale procurerà di star pronta a questa volta, subito che arriverà l'successore<sup>a</sup>).

<sup>a-a)</sup> *Adscriptum in margine sinistro cum  
nota: Di pugno de lo Cardinale*

## N. 2.

**Congregatio de Propaganda Fide  
Honorato Visconti**

Romae, 25 IV 1630.

*Respondet ad litteras praedecessoris eius, Antonii Santacroce, quibus de episcopis suffraganeis ritus Latini, praecedentiam prae episcopis ordinariis ritus*

---

<sup>1</sup> Urbanus VIII (Maffeus Barberini, 1568-1644), pontifex maximus ab a. 1623.

<sup>2</sup> Sigismundus III Vasa (1566-1632), rex Poloniae ab a. 1587, Sueciae annis 1592-1599.

*Graeci uniti contententibus, referebat, et mittit decretum S. Congregationis Rituum, quo episcopis ritus Graeci prae suffraganeis Latinis praecedentia concedebatur. Rogat, ne eiusmodi decretum divulget, sed ut regem de eo certiolem faciat eiusque benevolentiam captare conetur.*

**Reg.:** APF, Lett.Volg. 10 f. 33r. Epila haec scripta est 26 III 1630, sed cum nuntius tunc nondum nominatus sit, expedita est nonnisi 25 IV 1630, ut patet ex nota in reg.: "Fu poi mandata li 25 Aprile 1630". In margine: "Precedenza de Vescovi Latini e Rutheni Uniti".

- **Ed.:** Welykyj LPF I, p. 97.

- **Ed.:** Šeptyckyj MUH IX-X, p. 770-771.

Essendosi più volte doluti li Vescovi Ruteni Uniti che li Suffraganei de Vescovi Latini vogliono preceder loro, non ostante che quelli siano dopo di questi promossi alla dignità vescovale, et havendo la Sacra Congregatione de Propaganda Fide rimesse le lettere ch'intorno a ciò scrisse il Sig. Cardinal S. Croce, mentr'era Nuntio<sup>3</sup>, alla Sacra Congregatione de Riti, quest'ha fatto il Decreto, che qui congiunto si manda a V.ra Signoria in forma autentica, non perché lo publichi, acciò non nascesse qualche turbatione tra Prelati Latini e Ruteni, ma perché sappia il senso della detta Sacra Congregatione e nell'occorrenza possa a bocca persuadere alli Vescovi Latini che desistino da una pretensione, che non ha fondamento di ragione<sup>4</sup>.

Sarà nondimeno necessario che V.ra Signoria faccia di detto decreto e del contenuto di questo consapevole il Re, per riportar da Sua Maestà, ch'è prudentissima et informatissima delle cose de Ruteni, qualche buon ricordo per mantener tra cotesti Prelati e Ruteni buona corrispondenza e sincera pace, e per haver anco, bisognando, da Sua Maestà l'aiuto necessario per quest'effetto<sup>5</sup>, etc. Roma, 26 Marzo 1630.

Fu poi mandata li 25 Aprile 1630.

<sup>3</sup>Antonius Santacroce (1598-1641), aepus Seleuciensis, nuntius in Polonia (1627-1630), card. ab a. 1629, comprotector Regni Poloniae ab a. 1631.

<sup>4</sup>Exstat hac in re copiosum litterarum commercium card. Ludovici Ludovisi, praefecti Congregationis de Propaganda Fide, ad A. Santacroce 9 VI 1629, cfr. Šeptyckyj MUH IX-X, p. 712; cfr. Congregatio de Propaganda Fide ad A. Santacroce 12 X 1629, Welykyj LPF I, p. 96.

<sup>5</sup>De mittendo hoc decreto deliberabatur in sessione Congregationis de Propaganda Fide 2 X 1629, cfr. Welykyj ACI, p. 84. Decretum Congregationis Rituum "De praecedentia" de die 22 VIII 1620, a Gregorio XV confirmatum 20 III 1623, cfr. De Martinis I, p. 17-18.

## N. 3.

**Honoratus Visconti**  
**card. Francisco Barberini**

Maceratae, 26 IV 1630.

*Pro tutela et patrocinio, quibus ad munus nuntii apostolici in Polonia ob-  
eundum evectus est, gratias agit.*

**Autogr.:** BV, Barb.Lat. 9070 f. (nr?) 83r. In f. 86v: "Risponde all'avisò datoli della Nuntiatura di Polonia". Folium cum inscriptione deest. Vestigia sigilli.

Ill.mo et Rev.mo Signor Padrone Colendissimo.

L'eccessiv' honore che ricevo dalla Santità di N.ro Signore con la prottettione di V.ra Signoria Ill.ma d'esser destinato alla Nuntiatura di Polonia<sup>6</sup>, fa mirabilmente spiccar a tutti gl'effetti della sua infinita benignità verso l'humilissima mia servitù, la quale dovend'io con la vita impiegar sempre con ogni prontezza in servire V.ra Signoria Ill.ma con Eccellentissima Sua Casa, la suplico humilmente col crederlo darm'anc' occasione di poter praticar questa prontissima volontà. Mentre non pottend'hora in altro miglior modo, ne rendo a V.ra Signoria Ill.ma con la presente copiosissime gratie. E conform'al suo commendamento, attendendo a spedirmi, faccio a V.ra Signoria Ill.ma humilissima riverenza, pregando il Signore per il compimento de Suoi desiderii. Di Macerata, li 26 di Aprile 1630.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma.

Humilissimo et Obligatissimo Servitore  
Honorato Visconti

## N. 4.

**Honoratus Visconti**  
**Thaddaeo Barberini**

Maceratae, 7 VI 1630.

*De filio ei nato gratulatur, obsequia et servitia sua offert.*

**Or.:** BV, Barb.Lat. 9070 f. (nr?) 84r. Deest folium cum inscriptione.

---

<sup>6</sup>Cfr. N. 1.

## N. 5.

**Litterae credentiales pro Honorato Visconti  
ad Sigismundum III regem Poloniae datae**

Romae, 15 VI 1630.

*Novum nuntium, Honoratum Visconti, ei commendat.*

**Reg.:** AV, Ep.ad Princ. 44 f. 227v-228r. Ibidem brevia ad: Constantiam reginam Poloniae (f. 228v-229r), Ferdinandum II imperatorem (f. 237r-v), Eleonoram imperatricem (f. 237v), Ferdinandum Hungariae et Bohemiae regem (f. 238r), Leopoldum Gulielmum archiducem Austriae (f. 238v).

**Reg.:** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 34, n.1, fasc. 2, p. 1-3, 6-9.  
**-Ed.:** Theiner VMPL III, p. 387.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo, Poloniae et Sueciae Regi  
Illustri

Urbanus Papa VIII

Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Coronata scuto bonae voluntatis, et extollens gladium salutis excubat Maiestas Tua in finibus Christiani Orbis, Deum exercituum colens triumphis. Roma, quae iamdiu tibi tantum decus gratulatur, et multiplici plausu testata est charitatis suae magnitudinem, existimat non minus Regali patrocinio armari in Polonia Curatores ecclesiasticae ditionis, quam Regali fortitudine profligari soleant hostes christianae veritatis. Quare alacres istuc proficisci solent Praesules ordinarii Apostolici Nuncii munus obituri apud eum Regem, qui se in regno servire Religioni profitetur. Mirum ergo non est, si optato beneficio perfrui se gloriatur in praesentia, quem in Sanctacrucii Cardinalis magistratum subrogamus, Venerabilis frater Honoratus Archiepiscopus Larissenus. Longi enim itineris et sollicitae operae pretium satis grande ille arbitratur alloqui Maiestatem Tuam, non minus [228r] gloria Principem quam potentia. Speramus autem fore, ut foeliciter quaerat benevolentiam Sigismundi Regis Praesul celebri Vicecomitis generis nobilitate clarus, in patrum Cardinalis disciplina educatus, et Mediolanensis gloriae patrimonium augens opulentia Christianarum virtutum. Qui Romana omnium ordinum benevolentia semper floruit, facile progignet in Polonia fructus populis salutes ac iucundos Maiestati Tuae. Dignus plane est, quem sibi charissimum esse Rex virtutum patronus profiteatur. Eius verbis perinde ac nostris credi cupimus a Maiestate Tua, cui ille novum Pontificii amoris testimonium deferet, et Apostolicam benedictionem nostro nomine impartietur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris, die XV Iunii MDCXXX anno, Pontificatus Nostri Septimo.

## N. 6.

**Litterae credentiales pro Honorato Visconti  
ad Vladislaum principem Poloniae datae**

[Romae, 15 VI 1630].

*Novum nuntium, Honoratum Visconti, ei commendat.*

**Reg.:** AV, Ep. ad Princ. 44 f. 229r-v. Ibidem brevia ad principes: Ioannem Albertum (f. 229v-230-v), Carolum Ferdinandum (f. 230r-v), Ioannem Casimirum (f. 230v-231r).

**Reg.:** Milano, ASCBT, Arch. Visconti di Saliceto, caps. 34 n. 1, fasc. 2, p. 3-6.

Charissimo in Christo filio nostro Wladislao Sigismundo, Poloniae et Sueciae Principi<sup>7</sup>

Urbanus Papa VIII

Dilectissime in Christo fili noster, salutem etc. Non te praeterit, quam foeliciter perfruatur Romae benedictionibus gloria nominis tui. Nunquam enim oblivisci poterit, quam multiplici plausu haec Christiani Orbis patria te exceperit, triumphalem Principem, qui stipendia te facere profiteris sub trophaeo Crucis Domino exercituum et Principi Apostolorum<sup>8</sup>. Quare non temere sperat fore, ut foeliciter tua benevolentia in Poloniae regnis perfruatur Ven. lis frater Honoratus, Archiepiscopus Larissenus, qui Nuncium [229v] Apostolicum istic aget. Nam praeter animum tuum Romanis magistratibus faventem, ille cum earum virtutum commeatu istuc perveniet, quibus facile possit et sacerdotii authoritas curari et quaeri benevolentia dominantium. Genere clarus, omnium ordinum amorem in Urbe promeritus, Nobisque gratissimus, dignus plane est, quem tua benevolentia florentem Poloni Proceres venerentur. Eius verbis perinde ac nostris credi cupimus, qui tibi ab eo volumus et Apostolicam benevolentiam deferri, et novum Pontificii amoris dari testimonium. Datum ut supra<sup>9</sup>.

<sup>7</sup> Vladislaus Vasa (1595-1648), filius Sigismundi III (natu maior) et Annae Austriacae, rex Poloniae ab a. 1632.

<sup>8</sup> Vladislaus, cum annis 1624-1625 per Europam peregrinaretur, Romae etiam morabatur (20 XII 1624 - 20 I 1625), ubi ab Urbano VIII exceptus est, cfr. *Podróż królewicza Władysława Wazy do krajów Europy Zachodniej w latach 1624-1625 w świetle ówczesnych relacji* [De itinere principis Vladislai Vasa in regiones Europae Occidentalis annis 1624-1625 facto, secundum relationes contemporaneas], *oprac. Adam Przyboś*, Kraków 1977 p. 286, 288, 290, 300-301.

<sup>9</sup> Breve in registro praecedenti datatum est 15 VI 1630. Cfr. N. 5.

## N. 7.

**Litterae commendaticiae pro Honorato Visconti  
ad Leonem Sapieha datae**

Romae, 15 VI 1630.

*Novum nuntium, Honoratum Visconti, ei commendat.*

**Or.:** Kraków, BPAN ms. 347 f. 30r. In f. 30v litterarum inscriptio: "Dilecto filio Nobili Viro Leoni Sapieha, Palatino Vilmensi". Vestigia sigilli.

**Reg.:** AV, Ep. ad Princ. 44 f. 234r. Ibidem servantur etiam, nominibus carentia, brevia similis tenoris ad 5 episcopos (f. 231r-233v) et 5 dignitarios saeculares (f. 234v-236v) necnon ad card. Melchiorem Klesl, epum Viennensem (f. 239r), card. Ernestum ab Harrach, aepum Pragensem (f. 239v), card. Petrum Pázmany, aepum Strigoniensem (f. 240r), card. Ioannem Baptistam Pallotto, nuntium apostolicum Viennae (f. 240v).

**Reg.:** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 34, n. 1, fasc. 2, p. 9 (sequuntur usque ad p. 12 regesta brevium ad alios, ut supra).

## Urbanus Papa VIII

Dilecte fili, Nobilis vir<sup>10</sup>, salutem et apostolicam benedictionem. Supervacaneum est eos autoritate commendare, quos virtus abunde commendat. Quare speramus fore, ut benevolentia tua perfruatur Ven. lis frater Honoratus, Archiepiscopus Larissenus, quem Nuntium Ordinarium istuc allegamus. Is enim opulentam gentilitiae gloriae haereditatem, quam adiit, virtutum suarum accessione amplificavit. Omnino dignus est, cui publicam foelicitatem curandam mandemus. Iam vero, dum eius consilia autoritate, qua istic polles, iuvabis, demereberis voluntatem Pontificis et Ecclesiae plausum. Illi autem perinde ac Nobis ipsis credere poterit Nobilitas Tua, cui apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Romae, apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris, die XV Iunii MDCXXX, Anno Pontificatus Nostri Septimo.

---

<sup>10</sup> Leo Sapieha (1557-1633), Magni Ducatus Lithuaniae vicecancellarius ab a. 1585, cancellarius annis 1589-1623, deinde ab a. 1623 palatinus Vilmensis et ab a. 1625 exercituum Magni Ducatus capitaneus.

## N. 8.

**Honoratus Visconti**  
**card. Francisco Barberini**

Maceratae, 17 VI 1630.

*Pro tutela gratias agit. Dolet, quod coram pro nominatione pontificia (ad munus nuntii apostolici in Polonia) gratias agere non potuit. Gratitude suam per Franciscum Torre significat.*

**Autogr.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 68r-v. Folium inscriptionem epistulae continens deest.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 23r-v.

Eminentissimo e Reverendissimo Signore, Padrone Colendissimo.

S'io credessi di poter meglio esprimere l'infinita obligatione che tengo alla protezione di V.ra Eminenza per le multiplicatae gratie che ricevo hora dalla benigna mano di N.ro Signore, di quello che Lei medesima può argomentare dall'istesse gratie, io riceverei grandissima mortificatione di non poter gliele professar di presenza. Ma come questo non è possibile, e la somma benignità di V.ra Eminenza non lo rende necessario, per compir in qualche parte, come posso, al mio debito, rimetto la sodisfattione di tal uffitio al Sig. Francesco Torre<sup>11</sup>, che mando a posta a riverirla et a ricever da V.ra Eminenza quegli' ordini co'quali dovrò particolarmente regolarmi per incontrar la santa mente di N.ro Signore et il gusto di lei, supplicandola d'agradir l'ossequio mio con questo mezzo, come lo riconoscerà sempre vivo nell'essecutione [68v] de' soi cenni. Et a V.ra Eminenza faccio profondissima riverenza, pregandole dal Signore il compimento de' soi desiderii. Di Macerata, li 17 di Giugno 1630.

Di V.ra Eminenza

Humilissimo et obligatissimo. Servitore  
 Honorato Eletto di Larissa.

---

<sup>11</sup>Franciscus Torre IUD, Lucensis, protonotarius apostolicus, auditor nuntii Visconti.

## N. 9.

**Urbanus VIII, pontifex maximus  
Honorato Visconti**

Romae, 18 VI 1630.

*Impertit ei facultatem creandi sex protonotarios apostolicos (textus idem ac in simili facultate Iulio Piazza concessa, v. Kopic, ANP XLI, N. 6 - exceptis ultimis 2 sententiis, quae in brevi Visconteo desunt).*

**Or. (perg.):** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 33, n. 7x, sine foliatione. Subtus a dextris subscriptio secretarii brevium: "M[arcus] A[urelius] Maraldus".

**Reg.:** AV, Sec.Brev. 763 f. 357rv. In fine et in f. 358v: "Pro Honorato, Episcopo Larisseno" et summarium. Sub textu eadem manu adscriptum, post datationem: "Est iuxta expeditionem pro aliis Nunciis praedecessoribus", et subtus a sinistris subscriptio manu ipsius pontificis: "Placet M[affeus]".

**Reg.:** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 34, n. 1, fasc. 2, p. 42-44.

**Cop.:** AV, Arm. 45, ms. 43 f. 194r-v.

## N. 10.

**Urbanus VIII, pontifex maximus  
Honorato Visconti**

Romae, 18 VI 1630.

*Impertit ei facultatem concedendi quinquaginta personis nobilibus licentiam in oratoriis privatis missam celebrandi et quinquaginta aliis altare portatile possidendi (textus idem ac in simili facultate Iulio Piazza concessa, v. Kopic, ANP XLI, N. 3).*

**Or. (perg):** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 33, n. 7v, sine foliatione. A dextra parte folii infra: "M[arcus] A[urelius] Maraldus".

**Reg.:** AV, Sec.Brev. 763 f. 359r-v. In fine et in f. 360v: "Pro Honorato, Episcopo Larisseno," et summarium. Sub textu eadem manu adscripta datatio: "Romae, apud S[anctam] Mariam etc., die 18 Iunii 1630, anno 7, et infra item eadem manu: "Est iuxta expeditum pro Nunciis praedecessoribus." Subtus a sinistris subscriptio manu ipsius pontificis: "Placet M[affeus]." Subtus a dextris subscriptio secretarii brevium: "M[arcus] A[urelius] Maraldus".

**Reg.:** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 34, n. 1, fasc. 2, p. 40-42.

**Cop.:** AV, Arm. 45, ms. 43, f. 195r-v.

## N. 11.

**Urbanus VIII, pontifex maximus  
Honorato Visconti**

Romae, 18 VI 1630.

*Impertit ei facultatem promovendi extra tempora et dispensandi super defectu natalium ad ordines et beneficia, non tamen ad dignitates maiores in cathedralibus, neque principales in collegiatis ecclesiis (textus idem ac in simili facultate Iulio Piazza concessa, v. Kopiec ANP XLI/1, N.5).*

**Reg.:** AV, Sec.Brev. 763 f. 361r-362r. In fine et in f.362v: "Pro Honorato, Episcopo Larisseno," et summarium. Sub textu eadem manu adscripta datatio: "Romae, apud S[anctam] M[ariam] M[aiorem], die 18 Iunii 1630, anno 7", et infra item eadem manu: "Est iuxta expeditionem pro Nunciis eius praedecessoribus". Subtus a sinistris subscriptio manu ipsius pontificis: "Placet M[affeus]". Subtus a dextris subscriptio secretarii brevium: "M[arcus] A[urelius] Maraldus".

**Reg.:** Milano, ASCBT Arch.Visconti di Saliceto, caps. 34, n. 1, fasc. 2, p. 44-46.

**Cop.:** AV, Arm. 45, ms. 43, f. 195r-v.

## N. 12.

**Litterae passus ab Urbano VIII  
ad Honoratum Visconti datae**

Romae, 18 VI 1630.

*Novum nuntium in Polonia nominatum commendat et rogat, ut ei in itinere auxilio adsint (textus idem ac in litteris passus Iulio Piazza concessis, v. Kopiec ANP XLI/1, N. 9).*

**Or. (perg.):** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 33, n. 7w, sine foliatione. Subtus a dextris subscriptio secretarii brevium: "M[arcus] A[urelius] Maraldus".

**Reg.:** AV, Sec.Brev. 763 f.363r-v. In fine et in f.364v: "Pro Honorato, Episcopo Larisseno," et summarium, cum additamento: "Passus in forma solita iuxta expeditiones pro Nunciis praedecessoribus". Sub textu eadem manu: "Poterunt expediri, si Sanctissimo videbitur" et subtus alia manu: "[I] Cardinalis d[i] S[ant] On[of]rio [Antonius Barberini senior]. Subtus a dextris subscriptio secretarii brevium: "M[arcus] A[urelius] Maraldus".

**Reg.:** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 34, n. 1, fasc. 2, p. 23-24.

## N. 13.

**Facultates generales  
Honorato Visconti concessae**

Romae, 19 VI 1630.

*Pontifex maximus concedit ei in Regno Poloniae facultates: visitandi et reformandi personas et loca ecclesiastica; personas, tam saeculares quam regulares, etiam exemptas, male viventes, ad honestum vitae modum revocandi; omnes criminales, civiles, matrimoniales et beneficiales, merasque et mixtas causas iudicandi; contra inoboedientes poenas apponendi et auxilium brachii saecularis invocandi; a quibusvis censuris et poenis absolvendi eos, qui ad sacros ordines ante legitimam aetatem vel sine dimissoriis sui ordinarii, aut extra tempora promoveri se fecerint; dispensandi super irregularitatibus ad omnes ordines et super impedimentis ad matrimonium; conferendi ad beneficia ecclesiastica saecularia et quorumvis ordinum regularia Apostolicae Sedi reservata; dispensandi cum personis loca pia ultramarina visitare volentibus, indulgentias imperitiendi (textus eiusdem tenoris ac in facultatibus Iulio Piazza datis, v. Kopiec ANP XLI / 1, p. 4-12).*

**Or. (perg.):** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 33, n. 7y. Subtus a dextris subscriptio secretarii brevium: "M[arcus] A[urelius] Maraldus".

**Reg.:** AV, Sec.Brev. 763 f. 349r-356r. Sub textu alia manu adscripta datatio et item alia manu: "Nunciatura Poloniae cum solitis facultatibus iuxta expeditionem pro praedecessore", et subtus a sinistris subscriptio manu ipsius pontificis: "Placet M[affeus]".

**Reg.:** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 34, n. 1, fasc. 2, p. 24-40.  
**Cop.:** AV, Arm. 45, ms. 43, f. 188r-194r.

## N. 14.

**Card. Franciscus Barberini  
Honorato Visconti**

Romae, 19 VI 1630.

*Nuntiat summum pontificem ei permisisse, ut recta in Poloniam iter ingrederetur, neque Romam prius venire deberet. Mittit facultates, brevia et litteras, quae in exordio muneris et in itinere ei auxilio erunt. Brevibus nomine carentibus pro arbitrio suo eum uti posse. Mittuntur ei praeterea binae verborum notae secretiores seu cifrae, quarum alteris cum secretariatu, alteris cum aliis nuntiis communicare poterit. Restare adhuc, ut instructionem mittat, de qua tamen prius una cum card. Antonio Santacroce, nunc visitationibus occupato, consul-*

*tare se debere scribit. Quam primum parata fuerit, Varsaviam eam mittere pollicetur. Nisi tamen ante adventum eius Varsaviam pervenerit, de rebus nuntiaturs eum ab officiali a praedecessore relicto informatum et edoctum iri.*

**Reg.:** BV, Barb.Lat. 6250 f. 26r-27r.

A Monsignor Visconti. Macerata.

Poiché non havendo V.ra Signoria giudicato sicuro venire in questa stazione in Roma per ricever i ricapiti per la sua Nuntiatura, N.ro Signore s'è contentato ch'ella di costà si muova a quella volta. Io invio i medesimi spacci nell'aggiunto piego, quale contiene i brevi della sua facoltà<sup>12</sup>, il numero di 38 dei brevi epistolari<sup>13</sup> e mie lettere, che dovranno servir V.ra Signoria per l'ingresso della sua carica e per il viaggio. Si mandano brevi e lettere in bianco, le quali ella applichi come le parerà più a proposito, facendone fare i soprascritti. Se le mandano in oltre due cifre, una particolare con la quale ella si dovrà [26v] intendere con la mia secreteria, et una commune ch'a Lei servirà per comunicar alli Nuntii di quelle parti<sup>14</sup>, che chiedono secreto. La custodia delle quali io raccomando a V.ra Signoria quanto più posso, perché essendo questa la chiave del secreto, ch'è l'anima del negotio, se questa non viene diligentemente custodita, periclitata spesso la somma degli affari. Rimane solamente l'istruzione, la quale non è potuta essere per hora all'ordine, perché dovendo io prima comunicarle con Mons. mio Eminentissimo Cardinale Santacroce, et essendo Sua Eminenza occupata nelle visite, non s'è potuto darle perfettione<sup>15</sup>. Procurerò che segua quanto prima e l'invierò per la [27r] strada ordinaria verso Varsovia. E se non venisse prima del suo arrivo, potrà ella entrar nelli primi affari della Nuntiatura con l'informazione che le darà l'Ministro lasciato dal medesimo Sig. Cardinale<sup>16</sup>. Ella dunque se ne vada con la benedittione che le dà N.ro Signore, e con vivo affetto con ch'io l'accompagno, raccomandandomele di cuore. Roma, 19 Giugno 1630.

<sup>12</sup> Facultates praeditae sunt dato: 18 et 19 VI, cfr. N. 9-11, 13.

<sup>13</sup> Brevia data sunt: 15 VI, cfr. N. 5-7.

<sup>14</sup> Non reperiuntur.

<sup>15</sup> Hanc instructionem Visconti obtinuit tandem mense Septembri Viennae, cfr. N. 58, 76.

<sup>16</sup> Cyprianus Bardini de Vulterris IUD, auditor Antonii Santacroce, IV - X 1630 internuntius, Honorato Visconti obviam venit Cracoviae, cfr. N. 47.

## N. 15.

**Litterae commendaticiae "in albis"  
pro Honorato Visconti datae**

Romae, 22 VI 1630.

*Honoratum Visconti, qui locum praecedentis nuntii, card. Antonii Santacroce, occupaturus et iura S. Sedis in Polonia propugnaturus est, commendat.*

**Reg.:** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 34 fasc. 1, pars. 2 p. 16-17; ibidem (p. 17-20), reg. aliorum 3 brevium "in albis" minus sollemnium. In p. 13-14 breve "Duobus Episcopis".

## Urbanus Papa VIII

Dilecte fili, salutem etc. Tanti a nobis fit Venerabilis Frater Honoratus, Archiepiscopus Larissenus, Mediolanensi nobilitate praecipuus, ut eum dignum existimemus, qui Cardinalis Sanctacrucii locum isthic occupet et virtutes exprimat<sup>a)</sup> Nuntius [17] Apostolicus. Praesul enim, maiorum suorum aemulus, putat avitum splendorem obscurari, nisi meritis propriis augeat. Certe speramus fore, ut ille publico Urbis amore commendatus, tuam quoque voluntatem demereatur bonis tantum artibus venalem. Quare facile credimus ab illo non frustra desiderari patrocinium tuum: sane quibus officiis eum iura Beati Petri in isto Regno propugnantem iuveris, ea testamur fore solatia pontificiae sollicitudini. Apostolicam benedictionem ab eodem Nuntio nostro accipies. Cui non secus ac nobis ipsis loquentibus fidem omnem haberi a te cupimus. Datum Romae apud Sanctam Mariam etc. die 22 Iunii 1630, Pontificatus Nostri anno Septimo etc.

<sup>a)</sup> *In ms.:* exprimet

## N. 16.

**Supplicatio  
nomine Honorati Visconti  
Urbano VIII, pontifici maximo porrecta**

S. l., ante 28 VI 1630.

*Supplicat summo pontifici, ut cardinali Iulio Roma permittat Honoratum Visconti in Sacra Domo Lauretana episcopum consecrare et assistenti indulgentiam concedere.*

**Or.:** AV, Sec.Brev. 763 f. 366r. In f. 367v: "Alla Santità di N.ro Signore, 28 Iunii 1630", et alia manu: "Sanctissimus annuit in forma, uno per Assistente della Santità V.ra etc., nihil de Assistentia etc.", et: "Mons. Visconti Eletto Arcivescovo della Rissa (!) etc".

Beatissimo Padre.

Mons. Visconti, eletto Arcivescovo della Rissa [sic], supplica la Santità Vostra a dar facultà al Sig. Cardinale Roma<sup>17</sup> di potere consacrarlo nella Santa Casa di Loreto. Et de più supplica la Santità V.ra a concedere li soliti privilegii all'Assistente, che lo riceverà pro gratia etc.

N. 17.

**Honoratus Visconti  
card. Francisco Barberini**

E Monte Cassiano, 28 VI 1630.

*Nuntiat litteras eius, 22 VI datas, 40 brevia commendaticia et veniam recta in Poloniam se conferendi (nec prius Romam adeundi) continentes, sibi allatas esse. Claves quoque ad enodandas et explicandas notas secretiores se accepisse significat. Facultates et instructionem expectat. Reliqua Franciscum Torre, quem hanc ob causam Romam mittit, confecturum esse scribit.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 75r. Folium inscriptionem epistulae continens deest.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 23v-24r.

Eminentissimo etc.

Con la lettera di V.ra Signoria Eminentissima delli 22 del corrente<sup>18</sup> sento la gratia, che la benignità infinita di N.ro Signore ha voluto aggiungermi col dispensarmi di venire hora a cotesta Corte nella congiuntura di presenti caldi, ordinandomi che di qua pigli il camino per Polonia; di che bacio humilissimamente a Sua Beatitudine li santissimi Piedi, rendendone a V.ra Eminenza infinite gratie, che non lascia mai d'accrescermele con la sua protezione. Ricevo insieme 40 Brevi Epistolarii di Sua Santità di salute<sup>19</sup>, con le loro copie, ma gl'altri delle facultà non son comparsi, per non esser forse ancora

<sup>17</sup> Iulius Roma († 1652), ab a. 1621 epus Recinetensis et Lauretanus, a. 1621 cardinalis.

<sup>18</sup> Epistula non est reperta.

<sup>19</sup> Cfr. N. 5-7, 15.

spediti<sup>20</sup>. Ho nel medesimo tempo due cifre, una particolare, con la quale mi dovrò intendere con la Segretaria di V.ra Eminenza, e l'altra con li Monsignori Nuntii<sup>21</sup>, che custodirò diligentemente, com'è restata servita di raccordar prudentemente. L'istruzione<sup>22</sup> la starò attendendo, dove piacerà a V.ra Eminenza d'inviamela, per poterla servire con puntualità che ricerca l'obbligo mio particolare. Per terminare alcune cose, che mi restavano riserbate al mio venire che dovevo far costì, ho spedito a posta il Sig. Francesco Torri, mio Auditore, che dovrà anco haver riverito V.ra Eminenza in mio nome. Sollecitarò il suo ritorno per poter io sbrigar la mia partita, che seguirà con una volontà estrema di compire all'infinite obligationi che m'ha imposto la somma bontà di N.ro Signore e la singolare humanità di V.ra Eminenza. Alla quale per fine faccio humilissima riverenza. Monte Cassiano, li 28 di Giugno 1630.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>(a)</sup> Humilissimo etc.

Honorato Eletto di Larissa<sup>-a)</sup>

<sup>a-a)</sup> Autographum.

## N. 18.

### **Propositio instructionis generalis pro Honorato Visconti a card. Antonio Santacroce porrecta**

[Romae, VI 1630].

*Nuntius imprimis edocetur de praecipuis personis in aula regia degentibus, de negotiis publicis regis et Rei Publicae, de rebus Ecclesiae et primariis Sedis Apostolicae negotiis in Polonia defendendis; praeterea suppeditantur nuntio notitiae utiles, commorationem eius et operam faciliorem redditurae: de indole et natura regis Sigismundi III, reginae Constantiae et principis Vladislai, cuius in regno successionem candidatura Ioannis Casimiri minitari videtur (de virtutibus et vitiis ceterorum principum in instructione Roma missa sermo erit); de rationibus agendi regis et senatorum in re publica administranda; de pondere et auctoritate archiepiscopi Gnesnensis, aliorumque episcoporum tamquam senatorum; de causis et circumstantiis controversiae cum regno Sueciae intercedentis; de conatibus reginae Constantiae ad filium suum primogenitum, Ioannem Casimirum, in solio regni Poloniae collocandum, et de nobilitate principi Vladislao favente; de controversia Vladislai cum patre et de negotio eius matrimonii; de Polonis libertatis in moderanda re publica amantibus et temptationi absolu-*

<sup>20</sup> Cfr. N. 9-11, 13, 21.

<sup>21</sup> Non inveniuntur.

<sup>22</sup> Agitur certo de instructione et informatione de rebus Poloniae, mense Iunio missis, cfr. N. 18. Instructiones 19 X 1630 (cfr. N. 58) et 30 XI 1630 (cfr. N. 86) missae erant.

*ti domini in Polonia introducendi repugnantibus; de relationibus publicis regno Poloniae cum vicinis (scil. cum Imperio, Moscovitis, Tartaris, Turcis, Moldavia et Transilvania) intercedentibus. Nuntio elaborandum erit, ne decreta Confoederationis (Varsaviensis) ad effectum perducantur, quod "protestantes" maxime desiderant; unitos Ruthenos contra orthodoxos adiuuare debet, auxilio usus nonnullorum procerum, qui inter subditos suos etiam orthodoxos habent, et imprimis metropolitanae Iosepho V. Rutskyj favere; obsistere praeterea tenebitur, ne ecclesiastici a quibusdam saecularibus, quos "politicis" vocant, vexentur, qui decimas et annatas solvere recusant et in re iudiciaria appellationum, quae ad Curiam Romanam fieri solent, abrogationem postulant. Enumerantur causae, propter quas nobilium animi a rege abalienati sunt: quod scil. eum absolutum dominium ambire suspicantur, quod rex opinionem senatorum parvipendit, in conferendis officiis et beneficiis vacantibus nimis cunctatur et moleste fert, quod Poloni ad cardinalatus dignitatem promoveri debeant. Consilium datur nuntio, ne se rebus rei publicae internis immisceat, amicitiam personarum regi vicinarum et Iesuitarum, qui magna auctoritate apud regem sunt, appetat et prudenter atque accurate colligat omnis generis informationes ex aula regia, ex sessionibus comitorum et senatus, ex castris etc. Denique praebentur aliquot consilia non inutilia ad curandam valetudinem et modum faciendi itinera. Ad datur adhortatio, ut nuntius labores et onera demandati sibi muneris libenter suscipiat, spe dignitatis cardinalis aliquando adipiscendae incitatus.*

**Cop.:** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 33, n. 7 bb. Continet 28 folia non numerata (numeri paginarum ab editore introductae sunt).

Breve relatione dello Stato del Regno di Polonia a Monsignor Ill.mo  
Nuntio di Sua Santità nel 1630<sup>23</sup>

Si dirà della natura e conditione delle Primarie Persone della Regia Casa, degli interessi politici del Re<sup>24</sup> et della Republica; degli interessi ecclesiastici et delli particolari della Sede Apostolica in quel Regno con aggiunta d'alcune avvertenze a Mons. Nuntio per servizio del suo buon governo.

Si stima essere il Re di natura flemmatico e malencolico, qualità contratta da suoi Natali, dicono per essere conceputo et nato mentre i suoi Progenitori erano in Suecia travagliati dal Re Erico, suo Zio<sup>25</sup>, onde suole essere paziente in sopportar difficoltà ancorché grandi; molto costante ne' suoi pro-

<sup>23</sup> Quod attinet ad auctorem et tempus, quo scripta est, vide N. 14, 17.

<sup>24</sup> Sigismundus III Vasa.

<sup>25</sup> Ericus XIV Vasa (1533-1577), rex Sueciae 1560-68, frater germanus Ioannis III (1537-1592), regis Sueciae ab a. 1568, patris Sigismundi III Vasa.

positi, da quali non si remove per difficultosi incontri che s'interpongono. E' riservato, così in ammettere consigli altrui, come in conferire i suoi pensieri ad altri. Vien riputato alquanto tardo nelle sue deliberationi, nelle quali suole perciò scoprirsi maravigliosa prudenza, come dettate da maturo consiglio. Può anco haver misto non poco di sanguigno, poiché è mite et humano. Presta benigna udienza a tutti, et in particolare honora molto li Ministri della Sede Apostolica, verso la quale mostra sempre osservanza e riverenza. E' d'una insigne et veramente singolar pietà, zelatissimo del culto Divino et della propagatione della Religione Cattolica, la quale per tutto il tempo del suo regnare ha per opera sua fatto in quel Regno grandissimo aumento. Per il medesimo fine ha Sua Maestà persistito costantemente in suo santo proposito di non conferir vacanze [2] del Regno ad Heretici, quali particolarmente tiene esclusi, non senza loro grave doglienza, dal Senato. Onde nelle risoluzioni delle cose pubbliche, et massime delle ecclesiastiche, si schifano incontri di molte e difficultose dissensioni et ne risulta un frutto incredibile, non solo per il servitio di Dio, ma anco per la propria quiete e tranquillità della Republica.

Ottimo mezo per guadagnarsi l'animo del Re vien riputato il fare studio particolare di rendersi sempre netto in ogni occorrenza d'ogni ombra di sospetto. Onde secondando il genio di Sua Maestà si venga ad insinuarsi nella sua confidenza, la quale (stante la molta riservatezza della Maestà Sua) si come è difficilissima d'acquistare, né s'acquista se non con molto tempo et con gran destrezza e circospettione, così quando si comincia poi a prendere, suole diventar molto grande, essendosi osservato che si come Sua Maestà è riservatissima nel confidare, così divien poi confidentissima con que' pochi, di quali si fida. Sono in grande credito et autorità appresso la Maestà Sua, come anco in tutta la Regia Casa, li Padri Giesuiti. Onde col mezo loro potrà Mons. Nuntio grandemente profittarsi nelle sue occorrenze.

La complessione della Ser.ma Regina<sup>26</sup> vien riputata essere flemmatica e sanguigna, ottimo temperamento et che suole produrre ottimi effetti. E' perciò prudente, paziente ne' travagli, humanissima con tutti. E' dotata d'una singolare humiltà, ma però accompagnata col decoro della conveniente gravità. E' [3] sommamente pia e divota. E il suo studio particolare consiste in cose spirituali, delle quali molto si diletta. In ogni occasione, dove si tratti di qualche interesse del culto Divino et della Santa Religione, non manca di fare ogni buon officio appresso il Re. E' osservantissima della Sede Apostolica, i cui Nuntii honora grandemente. Buon mezo a Mons. Nuntio d'acquistarsi la benevolenza di essa Regina sarà il frequentar l'udienze et il procurarle talvolta doni e gratie spirituali.

E' il Prencipe Vladislao, Primogenito del Re<sup>27</sup>, di natura temperata di sanguigno e malencolico. E' di nobilissima indole et di grandissima espetta-

<sup>26</sup> Constantia Austriaca (1588-1631), regina Poloniae ab a. 1605.

<sup>27</sup> Vladislaus, natus est ex primo connubio Sigismundi III cum Anna Austriaca, quae obiit a. 1598.

tione. Ha ingegno vivo e capace, onde è pronto nel dar risposte argute. Tiene molta intelligenza de' negotii, particolarmente delle leggi et instituti del Regno. Ha giuditio sagace e riesce maraviglioso ne' discorsi. Ha un animo generoso e liberale et inclinato alle cose di guerra. E' affabile e cortese, et ha modi così giocondi nel trattare che s'impadronisce degli animi di tutti. E quella Nobiltà gli è straordinariamente affettionatissima. E' stato sempre con esquisita diligenza allevato sotto severa disciplina per cura particolare del Padre, quale molto riverisce e teme. E' avido di gloria et desideroso d'impiegarsi in carichi di guerra. Ma perché il Re, per certe sue ragioni politiche, fattesi continuamente maggiori per la cresciuta età di esso Principe, non ha voluto in ciò compiacergli, si stima passar tra loro certi secreti disgusti, che posson' esser' anco fomentati dalla gelosia nel negotio della successione, per gli pensieri [4] che possa haver la Regina a favore del suo primogenito, il Principe Casimiro<sup>28</sup>. Nella pietà et nell'affetto verso le cose della Santa Religione seguita i vestigi paterni. Vide molto volentieri il Nuntio, al quale mostra riverenza et honore. Tiene hora<sup>a</sup>) il primo grado di gratia et confidenza appresso <sup>(b</sup>-di Sua Altezza il Signor Don Filippo Lampugnani, nostro Milanese, suo Segretario<sup>-b</sup>)<sup>29</sup>.

Delle condizioni del Principe Casimiro e degli altri Principi, nati del secondo Matrimonio<sup>30</sup>, potrà Mons. Nuntio haver più accertata notitia, o dalle sue Istruzioni che gli saran date da Roma<sup>31</sup>, ovvero da quello che personalmente potrà Sua Signoria Ill.ma intendere et conoscere nella Corte Regia.

Li negotii di pace, di guerra, di far nuove leggi, di riformar le già fatte, d'imporre contributtioni et d'altre gravi et importanti materie appartenenti al governo della Republica sogliono in quel Regno essere trattati et risolti nelle Generali Diete, che circa ogni quattr' anni si celebrano nella Città di Varsovia. Intravengono a quelle gli Ambasciatori di tutte le Provintie et Distretti del Regno, che chiamano Nuntii Terrestri, senza il voto de' quali tutti non si può stabilir cosa alcuna. Assiste sempre alle medesime Diete l'istessa persona del Re con li Senatori Ecclesiastici e secolari<sup>32</sup>.

L'Ordine Senatorio contiene circa cento soggetti, che sono primieramente tutti li Vescovi del Regno in numero di circa 16, e tutti li Palatini e Castellani, tra quali sono distribuiti li maggiori et più importanti officii della Repu-

<sup>28</sup> Ioannes Casimirus (1609-1672) postea, rex Poloniae 1648-1668.

<sup>29</sup> Philippus Lampugnani, a principe Vladislao aulae suae domesticae durante itinere, per Europam factus, adiunctus, a 3 XII 1624 ad 1631 erat secretarius eius. Plura de aula Vladislai, in Krzysztof Zemła, *Skład osobowy dworu królewicza Władysława Zygmunta Wazy* [De famulis et aulicis principis Vladislai Sigismundi Vasa] in: *Studia z dziejów Rzeczypospolitej szlacheckiej* [Studia ad historiam Reipublicae nobilium spectantia], Wrocław 1988, p. 211-217.

<sup>30</sup> Ex connubio Sigismundi III Vasa cum Constantia, praeter Ioannem Casimirum, non parvi momenti muneribus functi sunt etiam ceteri eorum filii, tunc superstites: Ioannes Albertus (1612-1634), epus Varmiensis ab a. 1631, epus Cracoviensis ab a. 1632:3, card. 1633; Carolus Ferdinandus (1613-1655), epus Vratislaviensis ab a. 1625, epus Plocensis ab a. 1645; Alexander Carolus (1614-1634).

<sup>31</sup> Cfr. N. 58, 86; in utraque instructione nulla mentio facta est principum natu minorum.

<sup>32</sup> De structura, conformatione et modo agendi Comitiorum Poloniae regnante Sigismundo III accuratius scribit Czaplinski HSP.

blica. Sono tutti degni di grande stima, et per la publica autorità, et per l'eminenza del lor valore et ricchezze.

[5] L'Ordine Ecclesiastico, benché poco di numero, è quivi di molta autorità in tutte le pubbliche risoluzioni. Et per essere in quello il Primato della Repubblica, cioè nell'Arcivescovo di Gnesna, che e Primate e primo Prencipe del Regno et Legato Nato della Sede Apostolica<sup>33</sup>, et per haver tutti li Vescovi, come s'è detto sopra, per congiunto il carico et dignità senatoria, et per la gran comitiva di Nobiltà che serve a ciascun d'essi, onde et nei Conventi Particolari et nelle Diete possono far molto - et por se stessi et col mezo di essa Nobiltà, dipendente da loro, grandissimo conto. Perciò è espediente che Mons. Nuntio tenga d'essi Ecclesiastici, aiutandoli e favorendoli in tutte le loro occorrenze, e tenendoli ben concordi et uniti insieme, per haver pronto il loro braccio in ogni occasione del servitio di Dio et della Santa Sede. Sono quivi gli Ecclesiastici in genere, et particolarmente li Vescovi, riverenti e divoti alla Sede Apostolica, alli cui Nuntii deferiscono molto honore. Ma dall'altro canto sogliono i Nuntii procedere con essi Vescovi come con persone pari, conservando la superiorità con termini dolci e pieni di cortesia, non tralasciando però di mostrar destramente l'autorità nelle occasioni, particolarmente dove si tratti della giuridittione apostolica.

Li Senatori Secolari si mostrano anch'essi per lo più ben affetti et osservanti verso la Santa Sede et suoi Nuntii, per quanto però non si contradica alle loro ragioni politiche, delle quali fanno particolar professione.

Li principali interessi, che hoggidì possa havere il Re di Polonia, si stima essere [6] le travagliose differenze che ha con Gustavo, Duca di Sudermania, suo Cugino<sup>34</sup>, usurpatore non solo del suo paterno et hereditario Regno di Suecia, ma ultimamente<sup>35</sup> anco d'una buona parte della Prussia, attenente al Regno di Polonia<sup>35</sup>, et lo stabilimento del soggetto c'havrà a succedere alla Corona di Polonia.

Quanto al primo, non ha la Maestà Sua, dopo il caso della perfida ribellione del Duca Carlo, suo Zio, Padre di Gustavo, nel Regno di Suecia<sup>36</sup>, et dopo la pericolosissima sollevatione de' Polacchi Rochosani<sup>37</sup>, havuto mai il mag-

<sup>33</sup> Ioannes Łaski (1456-1531) 25 VII 1515, tamquam primas Regni Poloniae, sibi et suis successoribus dignitatem legati nati Romae impetravit.

<sup>34</sup> Gustavus Adolfus (1594-1632), dux Sudermaniae, rex Sueciae ab a. 1611, patruelis Sigismundi III Vasa, cum patres eorum, Ioannes III et Carolus IX, fratres fuerint.

<sup>35</sup> Vide infra notam 38.

<sup>36</sup> Carolus IX Vasa (1550-1511), dux Sudermaniae, qui a. 1594 praefuit seditioni Suecorum contra Sigismundum III concitatae et, postquam ille regno spoliatus erat, ipse a. 1594 primum regens, deinde ab a. 1604 rex Sueciae factus est.

<sup>37</sup> Seditio Nicolai Zebrzydowski ("rokosz"), etiam Sandomiriensis nuncupata, inde orta est, quod pars nobilium, Nicolao Zebrzydowski duce, contra Sigismundum III tumultuari coeperat, propterea quod regnum hereditarium constituere temptaret et auctoritatem ac pondus Comitiorum minuere conaretur. Quamquam tamen certamen, quod seditiosi cum exercitu regio ad Guzoviam a. 1607 gesserant, clade ipsorum conclusum est, factio regia conatu confirmandae et corroborandae auctoritatis regis desistere debuit. Cfr. Jarema Maciszewski, *Wojna domowa w Polsce (1606-1609)* [De bello civili in Polonia (1606-1609)], Cz. I: *Od Stężyca do Janowca* [A Stężyca ad Janowiec], Wrocław 1960.

gior travaglio et che più vivamente habbia sentito come vedere il temerario et impetuoso ardire del predetto Gustavo essersi cotanto inoltrato che, non contento dell'usurpatione del Regno di Suecia, si sia messo anco a impresa di passar con potente armata a tentar l'occupatione del famoso e ricco<sup>c)</sup> Porto di Dansica, nella Provincia della Prussia, dove non ostanti le gagliarde opposizioni del Re con le migliori forze del Regno et anche con numeroso soccorso dell'Imperatore, ha l'audace <sup>(a-e feroce-a)</sup> Nemico havuto così propitia la fortuna, che dopo haver occupate alquante delle migliori piazze di quella Provincia, et fatti tali progressi che stava a pericolo di perdersi l'istessa Dansica, con notabilissimo danno di tutto il Regno di Polonia, che non ha altro spaccio di quasi tutte le sue entrate che per quell'emporio, fu costretto il Re di condescendere quest'anno ad una tregua molto pregiudiziale per tutti i rispetti et la quale dall'Inimico è anco mal'osservata<sup>38</sup>. Questa inaspettata [7] avversità tanto più si può credere che prema et affliga l'animo di Sua Maestà, quanto che negli ultimi suoi anni adombra alquanto la chiarissima fama di tante e così preclare vittorie che con somma sua gloria ha per innanzi ottenuto sempre la Maestà Sua. E può crescer anco la medesima premura et afflittione <sup>(a-dal considerare-a)</sup> quanto da questi accidenti venga diminuita la speranza di poter mai più a giorni suoi aspirare alla già disegnata e cotanto bramata ricuperatione del suo paterno et hereditario Regno di Suecia.

E' parimente di grandissima difficoltà, et che può partorire molto travagliose conseguenze, il negotio della successione alla Corona, per la competenza suscitata dalla Regina a favore del suo primogenito, il Prencipe Casimiro. Intorno a che sono gagliarde e sollicite le diligenze della Regina, la quale si crede c'habbia già guadagnati i voti de molti Senatori, come anco l'inclinazione del Re stesso. E si stima che per l'esclusione del Prencipe Vladislao, primogenito del Re, si prenda il pretesto dell'inhabilità dal mal caduco a cui talvolta è sottoposto<sup>39</sup>. Contuttociò, poiché quest'impedimento in sostanza non è tenuto di molto rilievo per essere rarissimi et leggieri gli accidenti di tal male et perché per altro questo Prencipe è eminentemente dotato di tutte le regie virtù che si possano desiderare, et è perciò singolarmente amatissimo da tutta la Nobiltà del Regno, da cui dipende [8] la somma dell'elettione, si giudica che l'antichissima osservanza della non mai violata legge et istituto di quella Republica d'elegger sempre i soggetti prima nati, sia finalmente per prevalere a' tentativi della Regina. E tanto più, considerandosi che molti de' voti stessi c'hora, vivente il Re, sono indotti forse o da rispetti o da interessi, a mostrarsi inclinati al desiderio dell'istante Regina; quando poi per morte di esso Re, già grave d'anni, cessino li detti rispetti et interessi, saranno fa-

<sup>38</sup> Bello cum Suecis, quod annis 1626-1629 gerebatur, confecto, Polonia vigore indutiarum in Altmark (Stary Targ) a. 1629 initarum partem Prussiae Regalis amisit, quae sub ditionem Sueciae transiit, scil. Pilaviam, Braunsbergam, Elbingam, Dirsoviam, Olivam et Puck. Vigore foederis separati cum Gedanensibus conclusi Sueci etiam obtinuerunt ius portoria satis ardua in portu Gedanensi imponendi.

<sup>39</sup> Czaplński (WIC, p. 117-118) suspicatur Vladislaus Vasa non epilepsia seu morbo comitiali, sed ex renibus et articulari morbo laborasse.

cilmente per lasciarsi guidare o dalla giustizia della causa, o dalla corrente del maggior numero, a voltarsi a favore del Principe Vladislao<sup>40</sup>.

<sup>66</sup> Caspar Borgia († 1645), card. ab a. 1612; Vido Bentivoglio († 1645), card. ab a. 1621; Desiderius Scaglia († 1639), card. ab a. 1621; Ludovicus Ludovisi († 1632), card. ab a. 1621; Antonius Barberini († 1646), card. ab a. 1624; Laudivius Zacchia († 1637), card. ab a. 1626; Berlingierus Gessi († 1639), card. ab a. 1627. Fabricius Verospi († 1639), card. ab a. 1627; Franciscus Barberini et Martius Ginetti († 1671), card. ab a. 1627.

<sup>67</sup> Bulla "In Coena Domini", seriem excommunicationum continens, in forma definitiva a Paulo V 8 IV 1610 promulgata est, cfr. Bullarium Romanum, XI, p. 610-624.

terstitiis, ad omnes ordines etiam Sacros et Presbyteratum promoveri possint, Adm. Rev.dae Paternitati tuae ac aliis personis per eam deputandis licentiam, facultatem et auctoritatem concedere dignemur.

Nos, quibus in primis cordi est, ut omnis haeretica pravitas e cunctorum mentibus depellatur et oves aberrantes ad caulam Dominici gregis sedulo reducantur, cunctorumque Christi fidelium saluti provide consulatur, ac summo opere cupientes, ut Sancta Catholica et orthodoxa fides ubique floreat et augeatur, auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissa, Paternitati tuae Adm. Rev.dae ac quatuor aut quinque viris doctis et piis per eam deputandis, ut omnes et quoscumque haeticorum seu alias prohibitos libros, etiam in Indice Romano Librorum Prohibitorum damnatos<sup>68</sup>, ad effectum, ut praefatur, haereses et errores redarguendi et confutandi, secreto et per vos ipsos tantum ac sine aliorum scandalo aut periculo, absque censurarum et poenarum incursu, in partibus Poloniae duntaxat et non alibi, legere et retinere libere et licite possitis et valeatis, et quilibet vestrum possit et valeat, iniuncto tamen iis, qui huiusmodi facultatis vigore libros prohibitos legent aut retinebunt, ut eorum notam Rev.dae Adm. Paternitati tuae exhibeant, ut tempore huius facultatis eis concessae elapso vel post eorum obitum, si ex eis aliquem interim forsitan ex hac vita migrare contigerit, libri praedicti ei consignentur, ut provideat diligenter, ne ad aliorum manus deveniant, sed tradantur igni comburendi.

Praeterea Paternitati tuae Adm. Rev.dae ac aliis Episcopis et Praelatis, dictae Nuntiaturae subiectis, quibus ipsa expedire cognoverit, ut omnes et quoscumque dicti Poloniae Regni, aut ex aliis locis, in quibus haereses impune grassantur, ad Rev.dam Adm. Paternitatem tuam in locis dictae Nuntiatu-  
rae vel ad aliquem ex dictis Episcopis vel Praelatis in suis Dioecesibus constitutos seu residentes, sponte venientes utriusque sexus, ac tam laicos quam clericos, saeculares et cuiusvis ordinis regulares, haeticos, schismaticos et a Sancta Fide Catholica quomodolibet aberrantes, illorumque credentes, non tamen in haereses, schisma et errores relapsos, ac de eis in iudicio delatos vel condemnatos, nec eos, qui sunt ex partibus, in quibus viget Sanctum Officium Inquisitionis, de quibus nihilominus Ss.mus D.nus Noster Papa aut hoc nostrum Inquisitionis officium consulatur, poenitentes quidem, ab excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris et poenis, quas propter haereses, schisma et excessus huiusmodi quomodolibet incurrerint, dummodo corde sincero et fide non ficta coram notario et testibus publice vel privatim, prout casus exegerint, ac Paternitati tuae Adm. Rev.dae, seu Praelatis praefatis expedire visum fuerit, haereses, schisma et errores suos ac alios quoscumque detestati fuerint, anathematizaverint et abiuraverint, ac in gremium Sanctae Matris Ecclesiae recipi et admitti humiliter postulaverint, atque praestito per eos iureiurando promiserint de caetero ab huiusmodi haeresibus, schismate et erroribus ac aliis simili-

<sup>68</sup> Primus huiusmodi index a. 1559 a Paulo IV publicatus est.

bus excessibus poenitus abstinere in forma Ecclesiae consueta, iniuncta iisdem et eorum cuilibet pro modo culpae poenitentia salutari et aliis iniungendis, prout eorum saluti Rev.mae Adm. Paternitati tuae vel Praelatis praedictis expedire visum fuerit, per vos ipsos in utroque foro, citra ullam habilitationem aut dispensationem, absolvere et in gremium S. Matris Ecclesiae recipere et reconciliare.

Et insuper, ut universos et singulos de partibus praedictis, qui libros haereticorum aut alias prohibitos, etiam in Indice Romano Librorum Prohibitorum damnatos, scienter legerint vel retinuerint, haereticorum quoque ac schismaticorum receptatores, fautores et defensores, qui illorum haeresibus non adhaeserunt et in futurum ab huiusmodi perniciose lectione vel retentione et excessibus praefatis abstinere firmiter proposuerint, similiter ab excommunicationis et aliis ecclesiasticis censuris et poenis, quibus propterea fuerint innodati, in eadem forma Ecclesiae consueta, iniunctis eisdem poenitentiis salutaribus et aliis iniungendis, in utroque foro pariter absolvere et liberare.

Et cum eisdem poenitentibus, qui clerici saeculares vel cuiusvis ordinis regulares fuerint, super irregularitate per eos, tam haeresum, schismatis et errorum, quam lectionis vel retentionis librorum haereticorum seu alias prohibitorum ac excessuum huiusmodi aut alias praemissorum, duntaxat excommunicatione contracta, quoad executionem ordinum tantum, non autem quoad habilitationem obtinendi vel retinendi beneficia ecclesiastica, dignitates vel officia. Iis tamen, qui haeretici fuerint et in sacris ordinibus constituti, ab Altaris ministerio et omnium sacramentorum administratione, perpetuo vel ad tempus, arbitrio Rev.dae Adm. Paternitatis tuae, seu Praelatorum praefatorum suspensis, si aliud canonicum impedimentum eis non obsistat, poenitentia vel eius parte peracta et suffragantibus meritis, etiam in utroque foro dispensare.

Praeterea eidem Adm. Rev.dae Paternitati tuae, ut cum singulares casus occurrerint, vel alias ei expedire videbitur, aliquos sacerdotes saeculares, vel cuiusvis ordinis regulares, idoneos ad Sanctum poenitentiae Sacramentum ministrandum, ab Ordinariis approbatos ac in locis dictae Nuntiaturae constitutos seu residentes, qui haereticos delinquentes praefatos ex locis praedictis, abiuratis per eos verbo in ipso sacramento poenitentiae haeresibus, schismate et erroribus suis ac aliis quibuscumque, praestitoque iuramento, quod talia deinceps non committent, si in haereses et errores relapsi non sint, aut de eis in iudicio delati vel condemnati, in forma Ecclesiae consueta, iniunctis eis poenitentiis salutaribus et aliis iniungendis in foro conscientiae duntaxat, citra ullam habilitationem aut dispensationem, absolvere possint, et quilibet eorum possit, Rev.da Adm. Paternitas tua eligere et deputare [sic].

Ulterius, de speciali mandato praedicti Ss.mi Domini N.ri Papae, eidem Paternitati tuae Adm. Rev.dae ac aliis Episcopis et Praelatis supradictis, ut

cum Clericis supradictarum partium, saecularibus vel cuiusvis ordinis regularibus, qui haeretici fuerint, seu ex parentibus haereticis orti, et ad sacros ordines recipiendos dispensari petunt, dummodo, qui haeretici fuerint, corde sincero et fide non ficta haereses, schisma et errores suos ac alios quoscumque in forma solita legitime abiuraverint ac poenitentia sibi imposita omnino peregerint ac diuturna in sancta fide catholica constantia, morum ac vitae et litterarum probitate commendentur, ac alias idonei sint, nec aliud canonicum impedimentum eis obsistat, per tempora et non servatis interstitiis ad omnes, etiam sacros et Presbyteratus ordines promoveri possint, in utroque foro dispensare possint et valeant et quilibet eorum possit et valeat.

Demum eidem Adm. Rev.dae Paternitati tuae tantum, ut cum triginta Clericis earundem partium, saecularibus seu regularibus super irregularitate ex bigamia proveniente, ut ad omnes ordines, etiam sacros et Presbyteratum, promoveri possint, pariter in utroque foro dispensare.

Eidemque Adm. Rev.dae Paternitati tuae tantum, ut supera constitutae seu residenti, ut omnes et singulos poenitentes dictarum partium ab omnibus casibus Sedi Apostolicae, etiam in litteris die Caenae Domini legi solitis, reservatis, per eos de praeterito duntaxat et usque ad diem datae praesentium litterarum incursis, dummodo de praemissis ab intimis doleant et in futurum abstinere intendant, iniunctis eis poenitentiis salutaribus et aliis iniungendis, in eodem foro conscientiae duntaxat, absolvere valeat, licentiam, facultatem et auctoritatem, quandiu dictae Nunciaturae munere fungetur, Rev.dae Adm. Paternitati tuae tenore praesentium damus, concedimus et impartimur.

Non obstantibus in contrarium faventibus quibuscumque. In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem ac testimonium praesentes litteras, gratis expeditas, per infrascriptum nostrum et dictae Sanctae Inquisitionis Notarium fieri et manibus nostris subscriptas, sigilli eiusdem Sanctae Inquisitionis, quo in talibus utimur, iussimus et facimus appensione muniri. Datum Romae, in generali Congregatione Sanctae Universalis Inquisitionis praefatae quinto Idus Iulii, Anno a Nativitate Domini Nostri Iesu Christi Millesimo sexcentesimo trigesimo, Pontificatus Sanctissimi D.ni N.ri Papae praefati Anno Septimo.

(<sup>a</sup>-Frater D[esiderius] Cardinalis  
de Cremona  
Frater Cardinalis S.Honup[hrii]  
Berlingerius  
Cardinalis Gypsius  
M[artius] Cardinalis Ginettus

Io. Antonius Thomasius, Sanctae  
Romanae et Universalis  
Inquisitionis Notarius-<sup>a</sup>)

+ locus sigilli

## N. 24.

**Mutius Vitelleschi, praepositus gen. Societatis Iesu  
Honorato Visconti**

Romae, 20 VII 1630.

*Libenter accipit gratitudinem eius pro officio quodam ipsi praestito.*

**Reg.:** Roma, ARSI, Epp. NN, 3 f. 24v. Textus ex parte corruptus.

## N. 25.

**Honoratus Visconti  
card. Francisco Barberini**

Anconae, 15 VIII 1630.

*Notum facit se ob febrem tertianam, qua his diebus laboraverit, navim conscendere et itineri se committere nondum potuisse. Sperat tamen brevi, acceptis medicinis, se melius habiturum iterque ingressurum esse.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 76r. In f. 87v alia manu: "Risposto a 21 Agosto", summarium et vestigia sigilli.

*Eminentissimo etc.*

Havevo stabilito per hieri il mio imbarco, non havendo potuto riuscire, se non ne' due giorni precedenti, la mia famiglia a dar sesto a negozi più necessari, ma essendomi sopraggiunta il giorno avanti un'alteratione di terzana, son stato necessitato di fermarmi in letto. E' ben vero che doppo haver preso medicina e caccatomi sangue, pare che'l male vada in declinatione; ond'io spero di rihavermi presto in stato di pormi in viaggio, il che procurarò di fare con tutta sollecitudine, che richiede il mio debito. Per sodisfattione del quale ho anco stimato di dover significare a V.ra Eminenza questo accidente. Et humil.mente la riverisco. D'Ancona, 15 Agosto 1630.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>(a-</sup>Humilissimo etc.

Honorato Arcivescovo di Larissa<sup>a)</sup>

<sup>a-a)</sup> Autographum.

**Congregatio de Propaganda Fide  
Honorato Visconti**

Romae, 16 VIII 1630.

*Metropolitam Kioviensem unitum, Ioannem Iosephum Rutskyj, archiepiscopum Polociensem non unitum, Meletium Smotryckyj, et episcopum Haliciensem, Raphaelem Korsak, nuntio commendat et committit ei, ut praesulibus praedictis episcoporum ritus Latini, senatorum Regni et regis benevolentiam conciliare studeat.*

**Reg.:** APF, Lett. Volg. 10 f. 85r.

- **Ed.:** Welykyj LPF I, p. 98 (error in data).

- **Ed.:** Šeptyckyj MUH IX-X, p. 777.

Al Nuntio di Polonia

Questa Sacra Congregazione, havendo più volte sperimentato la puntuale obediienza de Ruteni uniti verso la Sede Apostolica<sup>69</sup> e conosciuto in varie occorrenze il valore, le virtù et il gran zelo del Metropolita loro<sup>70</sup>, dell'Arcivescovo Polocense Meletio<sup>71</sup> e del Vescovo d'Alicia<sup>72</sup>, è sempre stata solita, per ricompensare queste loro pie e lodevoli attioni, non solo di proteggere et aiutare con particolare affetto le persone et i negotii di quella natione, ma di promoverli e di prevenire anche il desiderio loro in quelle cose, ch'ha conosciuto potergli essere di giovamento, e finalmente di raccomandarli con ogn'efficacia alli predecessori di V.ra Signoria in cotesta Nuntiatura. Perciò la stessa Sacra Congregazione, seguitando il medesimo stile, ha voluto colla presente raccomandarle, come fa, efficacemente gl'interessi e le persone loro: non solo nell'occorrenze ch'essi le rappresenteranno, ma anco in quelle, nelle quali la sua prudenza conoscerà poterli giovare, massimamente con tenere ad essi ben' affetti li Vescovi Latini e li principali Senatori et il Re stesso, assicurandola che, sicome la medesima Sacra Congregazione non ha maggior negotio in cotesta sua Nuntiatura che di favorire et d'aiutare quelli che sanno così ben promuovere il suo piissimo istituto, così non può esserle cosa più grata ch'il

<sup>69</sup> Unio Ruthenorum cum Ecclesia Catholica firmata erat Brestiae a. 1596 (cfr. notam 49).

<sup>70</sup> Iosephus Velaminus Rutskyj.

<sup>71</sup> Meletius Smotryckyj (ca 1578-1633), ab a. 1620 aepus orthodoxus Polociensis, a. 1627 secreto unionem amplexus est, ab a. 1631 aepus titularis Hieropolitanus.

<sup>72</sup> Nicolaus Korsak (in ordine Raphael, ca 1595-1640), ab a. 1625 archimandrita monasterii SS. mae Trinitatis Vilnae, ab a. 1626 protoarchimandrita Basilianorum, a. 1626 nominatus coadiutor Kioviensis (confirmatus a. 1631), annis 1626-1632 epus Haliciensis, ab 1632 epus Pinscensis et Turoviensis, annis 1633-1635 procurator generalis Ecclesiae Unitae Romae, ab a. 1637 metropolita Kioviensis unitus.

sudetto Metropolita e Prelati, che ciò [86r] fanno con tanto zelo e prontezza, sentino da lei continuamente abbondanti gl'effetti di questa raccomandatione, etc. Roma, 16 Agosto 1630.

**N. 27.**

**Congregatio de Propaganda Fide  
Honorato Visconti**

Romae, 16 VIII 1630.

*Iniungitur ipsi, ut iuxta mandatum Congregationis epistulas, a metropolita Rutheno unito acceptas, per nuntium in Germania ad Congregationem transmittendas curet.*

**Reg.:** APF, Lett.Volg. 10 f. 85v-86r.  
- **Ed.:** Welykyj LPF I, p. 98.  
- **Ed.:** Šeptyckyj MUH IX-X, p. 776.

**N. 28.**

**Card. Franciscus Barberini  
Honorato Visconti**

Romae, 21 VIII 1630.

*De aegritudine, quae profectionem eius impedivit, dolet et sperat eum nunc iam ex morbo convaluisse et interruptum iter bona valetudine perrecturum esse.*

**Reg.:** BV, Barb.Lat. 6250 f. 40r.

A Mons. Honorato Visconti. Ancona

Sento dispiacere del male sopraggiunto a V.ra Signoria costì, onde l'habbia impedito il destinato et imminente imbarco pel suo viaggio. Ma dall'altra parte, sì come godo che il beneficio del medicamento habbia ridotto l'male in declinatione, così spero e desidero che V.ra Signoria a quest'hora ne resti del tutto fuora, per poter poi con buona salute proseguire il camino, conforme al bisogno e comune desiderio. Intanto io me le raccomando di cuore. Roma, 21 Agosto 1630.

## N. 29.

**Honoratus Visconti**  
**card. Francisco Barberini**

Anconae, 23 VIII 1630.

*Nuntiat se hodie Tergeste versus proficisci et inde iter suum recta in Poloniam perrecturum esse.*

**Or.:** BV, Barb.Lat. 6585 f. 1r. Folium inscriptionem epistulae continens deest.

Eminentissimo *etc.*

Havendomi lasciato il male in stato assai buono da potermi assicurar all'imbarco, non ho voluto più differirlo. Ma hoggi apunto, ch'è anco il primo buon tempo da che io sono all'ordine, parto per Trieste, di dove seguitarò poi alla sfilata il viaggio di Polonia, con quella diligenza che richiede l'infinito mio debito, per adempimento del quale ho anco stimato di dover significare a V.ra Eminenza questa mossa. Et humilissimamente la riverisco. D'Ancona, 23 Agosto 1630.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>(a-</sup> Humilissimo *etc.*

Honorato Arcivescovo di Larissa<sup>-a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

## N. 30.

**Honoratus Visconti**  
**Thaddaeo Barberini, capitaneo**  
**generali S. Romanae Ecclesiae**

Anconae, 23 VIII 1630.

*Notum facit se hodie, expeditis tandem negotiis iter suum retardantibus, Tergeste versus navim conscendere in animo habere. Officia offert et rogat, ut tutela et patrocinio suo se prosequi pergat.*

**Or.:** BV, Barb.Lat. 6585 f. 2r. Folium inscriptionem continens deest.

## N. 31.

**Honoratus Visconti**  
**card. Cosmo de Torres,**  
**protectori Regni Poloniae**

Anconae, 23 VIII 1630.

*Significat se eo ipso die versus Tergeste profecturum esse. Obsequia defert.*

**Or.:** L'Aquila, AS, Arch. Dragonetti de Torres, ms. 111 f. 200r. Deest folium inscriptionem et sigillum continens.

## N. 32.

**Honoratus Visconti**  
**card. Francisco Barberini**

Anconae, 25 VIII 1630.

*Nuntiat de mora itineri suo in navi Tergeste versus suscepto ventis contrariis illata. Fasciculum, epistulas eius continentem, se accepisse significat, alias, per Venetias vel Aemonam Pannoniorum missas, Pisauri a tabellario recipiendas curaturum esse.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 77r. Folium inscriptionem epistulae continens deest.  
**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 24r-v.

*Eminentissimo etc.*

L'istesso giorno ch'avvisai a V.ra Eminenza la mia partita verso Trieste<sup>73</sup>, l'istesso mi posi anco in barca. Et essendo passato in alto per alcun spatio, cessò la medesima notte il vento favorevole. E cominciatosi a combattere col contrario, son stato agitato per due giorni e notti, finché questa mattina da una gagliarda tramontana son respinto qua con molto travaglio. Ho trovato al mio ritorno che v'era giunto un piego di V.ra Eminenza con mie lettere, e che da certi amorevoli era stato incaminato a Venetia, perché mi fosse poi reso a Lubiana<sup>74</sup>. Ond'io per esser pronto all'esecuzione de' suoi ordini, ho spedito subito a Pesaro ad arrivar il corriero di Venetia e ricuperar il piego se sarà

<sup>73</sup> Cfr. N. 29.

<sup>74</sup> Aemona Pannoniorum (Ljubljana); cfr. A. 1.

a tempo. E dell'uno e dell'altro ho voluto dar parte a V.ra Eminenza per compir interamente al mio debito. Con cui riverisco V.ra Eminenza per fine.  
D'Ancona, 25 Agosto 1630.

Di V.ra Eminenza

(<sup>a</sup>-Humilissimo etc.

Honorato Arcivescovo di Larissa<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

### N. 33.

**Honoratus Visconti**  
**card. Cosmo de Torres,**  
**protectori Regni Poloniae**

Anconae, 25 VIII 1630

*De navigatione sua Tergeste versus ob ventos contrarios interrupta nuntiat*  
(cfr. N. 32)

**Or.:** L'Aquila, AS, Arch. Dragonetti de Torres, ms. 111 f. 201. Deest folium inscriptionem et sigillum continens.

### N. 34.

**Honoratus Visconti**  
**card. Francisco Barberini**

Anconae, 27 VIII 1630

*Nuntiat se iter suum per mare, ventis contrariis interruptum, eodem die iterum suscipere. Significat praeterea se accepisse fasciculum epistularum, quarum recipiendarum causa hominem suum Pisaurum miserit: inter alias decretum pontificium de titulo "Eminentissimi", a Sacro Cardinalium Collegio et cardinali Sancti Onuphrii missum, necnon decretum S. Congregationis de Propaganda Fide.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 78r. Folium inscriptionem continens deest.  
In f. 85v summarium.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 24v-25r.

Eminentissimo *etc.*

Hoggi ripiglio il viaggio di mare, invitatovi dal vento, che vien giudicato più durabile dell'altra volta. E prima di partire ho recuperato il piego di V.ra Eminenza, per cui spedii a Pesaro<sup>75</sup>. Tra l'altre lettere che mi porta sono il Decreto di N.ro Signore sopra il titolo "eminentissimo", inviatomi dal Sacro Collegio<sup>76</sup>, un'ordine dell'Eminentissimo Sig. Cardinal Sant' Onofrio<sup>77</sup> in materia del Sant'Uffizio<sup>78</sup>, et un'altro della Sacra Congregatione de Propaganda Fide<sup>79</sup>. A tutti darò a suo tempo la debita esecuzione, come spero, ad'ogni cenno di V.ra Eminenza. Et intanto la riverisco humilissimamente. D'Ancona, 27 Agosto 1630.

Di V.ra Eminenza Rev.mo

<sup>(a)</sup>-Humilissimo *etc.*

Honorato Arcivescovo di Larissa<sup>a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

### N. 35.

**Honoratus Visconti**  
**card. Cosmo de Torres,**  
**protectori Regni Poloniae**

Anconae, 27 VIII 1630.

*Notum facit se iter suum in Poloniam eo ipso die iterum suscipere.*

**Or.:** L'Aquila AS, Arch. Dragonetti de Torres, ms. 111 f. 199r. Deest folium inscriptionem continens.

---

<sup>75</sup> N. 32.

<sup>76</sup> Hoc decretum non est repertum.

<sup>77</sup> Antonius Barberini (1569-1646), frater Urbani VIII papae, ab a. 1624 card., ab a. 1625 aepus Senegalliensis.

<sup>78</sup> Fortassis, cfr. N. 23.

<sup>79</sup> Agitur fortassis de scripto, de quo in N. 27.

## N. 36.

**Honoratus Visconti**  
**card. Francisco Barberini**

Ex Tergeste, 30 VIII 1630.

*Nuntiat de sua 27 VIII Ancona profectioe et 30 VIII Tergeste adventu, ubi honorifice a gubernatore exceptus sit. Propter difficultatem in equis ad pergen- dum iter comparandis profectioem suam aliquot dies retardatum iri suspica- tur.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 79r. In f. 84v: "Risposto a 5 Ottobre" et summarium.  
**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 25r-v.

Eminentissimo *etc.*

Partii d'Ancona l'istesso giorno de' 27, ch'avisai a V.ra Eminenza, e benché, doppo una felice navigatione, si ricevesse la medesima notte qualche travaglio, accompagnato da alcun pericolo per tempo contrario voltatosi, nondimeno, con essersi viaggiato altri due giorni assai lentamente secondo il tempo, mi trovo hoggi arrivato a questa città con buona salute, senz'alcun danno, e ricevutovi honorevolissimamente da questo Governatore. La difficoltà d'ha- ver cavalli per seguitare il viaggio mi tratterrà facilmente un paio di giorni, essendosi mandato a cercarli, secondo il solito, fuori. Ma io spero di sopir ogni impedimento con la diligenza ch'usarò in spedirmi per esequire con cele- rità il mio debito. In compimento del quale, riverisco anco V.ra Eminenza con questo avviso. Di Trieste, 30 Agosto 1630.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>(a)</sup>-Humilissimo *etc.*

Honorato Arcivescovo di Larissa<sup>a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

## N. 37.

**Honoratus Visconti**  
**card. Cosmo de Torres,**  
**protectori Regni Poloniae**

Ex Tergeste, 31 VIII 1630.

*Nuntiat se hesterno die in illam urbem advenisse (cfr. N. 36).*

**Or.:** L'Aquila, AS, Arch. Dragonetti de Torres, ms. 111 f. 208r. Deest folium inscriptionem et sigillum continens.

**N. 38.**

**Card. Scipio Borghese**  
**Honorato Visconti**

Romae, 4 IX 1630.

*Pro propensa eius in se voluntate et studio gratias agit. De ipsius Tergeste adventu gaudet. Operam suam adiutricem etiam porro praestare promittit. Faustum felixque iter ei exoptat.*

**Reg.:** AV, F.Borghese III 30 f. 51 r.

**N. 39.**

**Honoratus Visconti**  
**card. Francisco Barberini**

Graecii, 11 IX 1630.

*Nuntiat se 10 IX, a legatis imperatoris exceptum, Graecium Styriae venisse. Nisi rei pecuniariae difficultas aliqua intercedat, se statim itineri committere intendit.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 43 f. 141r. Folium inscriptionem continens deest.

**N. 40.**

**Sigismundus III Vasa, rex Poloniae**  
**Honorato Visconti**

Varsaviae, 18 IX 1630.

*Postulat, ut officio visitoris provinciae Polonae Franciscanorum Conventualium amoveat Antonium Forbes, qui - a praeposito generali designatus loco propositi Iacobi Bagnocabalensis - surdus ad monita praecedentis nuntii (Antonii Santacroce), disciplinae monasticae relaxationem introducit. Rogat, ut elec-*

*tionem novi provincialis, Francisci Madaliński, confirmare velit. Plura ex litterarum exhibitore nuntium intellecturum esse addit.*

**Reg.:** Milano, ASCBT, Arch. Visconti di Saliceto, caps. 33, n. 7 ff, p. 2-3.

Sigismondus III, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc.

Rev.me in Christo Pater, amice noster charissime. Ocium et incrementa Provinciae Polonae Fratrum Minorum Conventualium hactenus nihil interpellavit magis, quam quod iis mandabatur curanda, qui rerum inprimis, ingeniorumque ignari, per intempestivam indulgentiam regulari disciplinae detrimentum labemque afferrent, aut partium studiosi infirmendis rescindendisque antecessorum<sup>a)</sup> actis incumberent. Quod ne fieret amplius, iteratis vicibus hortati sumus Patrem Ordinis Generalem, mitteret huc functionis atque diligentiae suae vicarium, Fratrem Iacobum Bagnacabalensem<sup>80</sup>, qui primus dux et auctor fuit, ut fratres conventuales in communi hic viverent. Sed non sine admiratione Nostra audivimus pro Bagnacabalensi missum esse fratrem Antonium Forbez, e studiis revertentem hominem iuvenem, cui nec ab aetate autoritas, nec in exiguo rerum usu par impositae functioni [sic] prudentia, solaque haec commendatio quod laxioris disciplinae non obscurum studium prae se ferrat [sic]<sup>81</sup>. Quem quidem ad male<sup>b)</sup> iniuncti muneris exequutionem admit[t]i vetuimus, missa<sup>c)</sup> ei e Cancellaria Ill.mi D.ni Nuntii praeteriti<sup>82</sup> inhibitione. Quam ille surdis<sup>d)</sup> auribus excipiendo, non sine scandalo contempsit. Ideo diligenter a Paternitate V.ra postulamus, ut hominis temeritatem compescat, ne quid amplius in Regno Nostro tentet, quod Nos quoque nulla ratione patiemur.

Gratissimum etiam nobis Paternitas V.ra fecerit, si religiosum Franciscum Madalinski, Provincialem electum, spectatae pietatis ac prudentiae virum, quam primum confirmaverit. Quem Paternitati V.rae, tum ad omnes alios Communistas, primigenam Sancti Francisci sobolem, commendantes, profiteamur reflorescentis Seraphicae perfectionis, tum et Provincialis moderni patrocinium Nobis esse cordi. Verum de his omnibus praesentium exhibitor<sup>83</sup> pluribus Paternitatem V.ram edocebit, quem diligenter commendantes, Paternitati V.rae prosperam [3] valetudinem a Deo comprecamur. Datum

<sup>80</sup> Persona nobis ignota.

<sup>81</sup> Felix Franceschini, praepositus generalis Ordinis Fratrum Minorum annis 1625-1635, electionem Francisci Madaliński suspendit et Antonio Forbes commisit, ut Ordinem ad tempus moderaretur, quod non libenter a rege Sigismundo III Vasa acceptum est, cfr. Kantak FP p. 137.

<sup>82</sup> Antonius Santacroce, cfr. infra, N. 48-49.

<sup>83</sup> Laurentius Starczewski, cfr. N. 48.

Varsaviae, die XVIII mensis Septembris, Anno Domini MDCXXX, Regnorum nostrorum Poloniae XXXXIII, Sueciae XXXVII Anno.

Sigismondus Rex

a) *In ms.: antecessorem*

b) *In ms.: mali*

c) *In ms.: missam*

d) *In ms.: surdus*

N. 41.

**Honoratus Visconti  
card. Francisco Barberini**

Viennae, 20 IX 1630.

*Nuntiat se 30 VIII Tergeste, 11 IX vero Graecio litteras ad eum dedisse. 18 IX Viennam venisse et intra biduum Cracoviam versus proficisci in animo habere. Litteras eius et breve pontificium se cardinali Pallotto tradidisse significat et archiducem Leopoldum iuxta mandata sibi data convenisse. Cardinalem vero Klesl, episcopum Viennensem, cum moriturum eum invenerit, se adire non potuisse addit.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 80r. In f. 83v alia manu: "ricevuta in Castel Gandolfo a 10 Ottobre. Risposto a XI" et summarium. Folium inscriptionem epistulae continens deest.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 25v-26r.

Eminentissimo *etc.*

Da Trieste e da Gratz diedi parte a V.ra Eminenza con lettere de 30 del passato<sup>84</sup> e degl' 11 del presente<sup>85</sup> de' progressi del mio viaggio. Hora lo faccio da questa città, dove giunsi mercordì mattina<sup>86</sup>, con pensiero di partirne post domani e continuar alla sfilata il viaggio di Cracovia. Mi trattengo in casa del Em.mo Sig. Cardinal Pallotto<sup>87</sup>, a cui subito ricapitai il Breve di N.ro Signore<sup>88</sup> e la lettera di V.ra Eminenza, come intenderà dal medesimo. Il giorno avanti ch'io giungessi qua complii in Naistot<sup>89</sup> col Ser.mo Arciduca Leopoldo<sup>90</sup>,

<sup>84</sup> Cfr. N. 36.

<sup>85</sup> Cfr. N. 39.

<sup>86</sup> 18 IX.

<sup>87</sup> Ioannes Baptista Pallotto (1594-1668), nuntius Viennae (1628 -1630), aepus titularis Thessalonicensis ab a. 1628, card. a. 1629.

<sup>88</sup> Cfr. N. 7.

<sup>89</sup> Neapolis Austriae (Wiener Neustadt).

figlio di Sua Maestà Cesarea<sup>91</sup>, in nome di N.ro Signore e di V.ra Eminenza, conformemente al Breve e lettera che ne tenevo<sup>92</sup>. E Sua Altezza mostrò cortesemente che l'uffittio li fosse molto caro, facendomi istanza di ringratiarne V.ra Eminenza. L'istesso non potei fare col Sig. Cardinal Cleselli, perché lo ritrovai in punto di morte. La quale si seppe giovedì esser seguita la notte precedente<sup>93</sup>. Del resto io non posso aggiunger altro a V.ra Eminenza, che l'espressione della mia solita singlar osservanza *etc.* Di Vienna, 20 Settembre 1630.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

(<sup>a</sup>- Humilissimo *etc.*

Honorato Arcivescovo di Larissa <sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

## N. 42.

### Congregatio de Propaganda Fide Honorato Visconti

Romae, 20 IX 1630.

*Accludit litteras Meletii Smotryckij de modis et rationibus unionis Ecclesiae Ruthenae cum Sede Romana ineundae et rogat, ut eas regi referat eiusque hac in re sententiam expiscetur.*

**Reg.:** APF, Lett. Volg. 10 f. 100r.

- **Ed.:** Welykyj LPF I, p. 100.

- **Ed.:** Šeptyckyj MUH IX-X, p. 778.

### Al Nuntio di Polonia

Molt' Illustre e Rev.mo Signore come fratello.

Dall'incluso sommario di parte d'una lettera scritta dall'Arcivescovo Meletio, Rutheno unito, V.ra Signoria vedrà li mezi di propagar la Santa Unione de Scismatici Rutheni con questa Santa Sede ch'l detto Meletio propone alla

<sup>90</sup> Leopoldus Gulielmus archidux Austriae (1614-1622), filius Ferdinandi II imperatoris, epus Pataviensis et Argentinensis ab a. 1626, Halberstadiensis ab a. 1627.

<sup>91</sup> Ferdinandus II (1578-1637), rex Bohemiae ab a. 1617, rex Hungariae ab a. 1618, imperator ab a. 1619.

<sup>92</sup> Cfr. N. 5.

<sup>93</sup> Melchior Klesl (Klesel, 1552-1630), epus Viennensis ab a. 1613, card. ab a. 1615, obiit 18 Septembris.

Santità di N.ro Signore, e perché questa Sacra Congregatione sa quanto la Maestà del Re di Polonia sia zelante della sudetta Unione, e quanto sia informato delle cose de sudetti Scismatici, e conseguentemente quanto importi il sentire il senso della Maestà Sua circa li detti mezi, ha voluto con questa notificarli a V.ra Signoria, affinché li comunichi col Re, e poi avvisi il parere di Sua Maestà, acciò se le possa dare ordini più precisi, conforme al sentimento della Maestà Sua, dalla quale ella poi potrà sperare e facilmente avere il braccio, se bisognerà, per l'essecutione delli sudetti ordini. Roma, 20 Settembre 1630<sup>94</sup>.

**N. 43.**

**Honoratus Visconti**  
**card. Cosmo de Torres,**  
**protectori Regni Poloniae**

Viennae, 21 IX 1630.

*Adventum suum Viennam et obitum cardinalis Klesl, episcopi Viennensis, nuntiat (cfr. N. 41).*

**Or.:** L'Aquila, AS, Arch. Dragonetti de Torres, ms. 111 f. 202. Folium inscriptionem continens deest

**N. 44.**

**Honoratus Visconti**  
**Ferdinando II imperatori**

Viennae, 21 IX 1630.

*Nuntiat a summo pontifice sibi praecipue commissum esse, ut paternum ipsius affectum et singularem observantiam ei declararet. Revocat in memoriam vincula, quae patruo suo, card. Alfonso Visconti, cum Domo Austriaca olim intercedebant. Desiderat obsequia sua imperatori, nunc Vienna absentis, coram deferre.*

**Or.:** Wien, HHStA, Romana Varia 7 (antiquus 6) f. 42r. In f. 43r summarium.

---

<sup>94</sup> Cfr. Welykyj LE I, p. 204-211.

## Sacra Cesarea Real Maestà.

Nel mio passaggio di qua per la Nuntiatura di Polonia tenevo particolar commissione di Sua Santità di compire con la Maestà V.ra di rappresentarle il paterno affetto che le conserva e la stima singolare in che la tiene, come principale nell'obbligo che deve al religiosissimo zelo di V.ra Maestà tutta l'università Christiana. Al qual uffitio io sodisfacevo con tanto maggior contento, quanto che la fortuna mi poneva avanti un'occasione desideratissima di professar insieme a V.ra Maestà la devotione, che come vassallo della Ser. ma Casa d'Austria, e com'Erede del Cardinal Visconte, mio Zio, tanto servitore di V.ra Maestà<sup>95</sup>, son tenuto a prestarle. L'assenza di V.ra Maestà non m'havrebbe impedito l'incontro di tale opportunità, quando la solleccitudine, con che mi viene incaricato il viaggio, non mi consentisse il divertirlo a cote-sta volta per tutti questi rispetti. Dunque supplico la Maestà V.ra con tutta l'humiltà possibile a concedermi ch'io sodisfi con la presente lettera alle commissioni del mio Principe e compensi giuntamente alla sodisfattione del mio proprio debito, come l'adempirò sempre con dimostrattioni più vive in tutto quello che mi porgerà occasione di eseguire i cenni di V.ra Maestà. Alla quale profondissimamente m'inchino in segno d'humilissimo ossequio. Di Vienna, 21 Settembre 1630.

Di V.ra Maestà Cesarea

(<sup>a</sup>-Humilississimo etc

Honorato Arcivescovo di Larissa<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>)Autographum.

## N. 45.

**Honoratus Visconti**  
**card. Francisco Barberini**

Viennae, 24 IX 1630.

*Refert rumores, postea confirmatos, de peste multis locis in Polonia, praesertim vero Varsaviae, saeviente. Adiungit tamen se nihilominus postero die iter suum Cracoviam perrecturum esse.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol.. 42A f. 81r. In f. 82v alia manu: "Risposto a 19".

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 26r.

<sup>95</sup> Alfonsus Visconti (†1608), nuntius apostolicus Viennae 1589-1591, epus Cerviensis ab a. 1591, card. 1599, epus Spoletanus ab a. 1601, frater patris Honorati, Herculis.

Eminentissimo *etc.*

Ho trovato qua molti avisi, confermati anco doppo l'mio arrivo, ch'in diversi luoghi di Polonia si faccia sentir la peste, e che particolarmente in Varsovia danneggi alla gagliarda, onde si siano slontanati molti da quel pericolo. Io nondimeno seguitarò domani il mio viaggio verso Cracovia, che mi si presuppone libera da ogni sospetto, e di là pigliarò sul fatto la più espediente risoluzione circa il fermarmi o movermi. Intanto ho voluto significare a V.ra Eminenza anco quest'accidente per ogni caso che le paresse darmi qualch'ordine particolare. Et humilissimamente la riverisco. Di Vienna, 24 Settembre 1630.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

(<sup>a</sup>-Humilissimo *etc.*)

Honorato Arcivescovo di Larissa<sup>a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

#### N. 46.

**Card. Franciscus Barberini**  
**Honorato Visconti**

Romae, 5 X 1630.

*Litteras eius, 30 VIII datas, se accepisse nuntiat. Mittit nova de indutiis in bello Gallico Hispanico propter successionem Mantuanam initis, de morte marchionis Spinola et summi pontificis ad Castrum Gandulphi profectio.*

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 174A f. 166r-v.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6226 f. 195r-v.

A Mons. Visconti, Arcivescovo di Larissa

La lettera di V.ra Signoria de 30 Agosto, che è l'ultima che habbiamo delle sue<sup>96</sup>, portandoci avviso del suo salvo arrivo in Trieste, ci fa anche sperare la prospera terminatione a quest'hora del suo viaggio a cotesta Corte. Onde da ciò persuaso, comencio a dar notitia a V.ra Signoria dell'occorrenze de pubblici affari d'Italia. E per hora è la tregua conchiusa fra le parti fin'alli 15<sup>a)</sup> del corrente con la consegna di Casale e Castello a Spagnoli, ritenendosi però

---

<sup>96</sup>Cfr. N. 36.

il Duca<sup>97</sup> et i Francesi la cittadella, con conditione che, se non sarà soccorsa per tutto il presente mese, o non sarà seguita la pace, si dia ancor questa a Spagnoli<sup>98</sup>. Ci si accresce però giustamente la [166v] speranza di dover haver la pace, per la quale più che mai si fatica con ogni sorte di officio.

Il Sig. Marchese Spinola, havendo lasciato il carico che haveva, per occasione di grave infermità, si è poi saputo di certo che è passato a miglior vita<sup>99</sup>. N.ro Signore andò hier mattina a Castel Gandolfo per goder, secondo il solito di questa stagione, della salubrità di quell'aria. Con che fine io mi raccomando et offero a V.ra Signoria di tutto cuore. Roma, 5 Ottobre 1630.

a) *In copia Barberiniana*:18

## N. 47.

### Honoratus Visconti card. Francisco Barberini

Cracoviae [Tineciae, 6] X 1630.

*Notum facit se 4 X sub vesperum Cracoviam advenisse, sed propter pestem Varsaviae et in Polonia septemtrionali graviter saevientem iter suum pergere non posse. Regem de adventu suo e vestigio certiore fecisse. Regem ipsum ob metum contagii totam aulam dimisisse et, cum primum podagrae morbo liberatus sit, Varsavia discedere statuisse. Eandem ob causam Comititia, ad 16 X indicta, ad 6 I sequentis anni reiecta esse. Adiungit se Cracoviae auditorem Bardino invenisse.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 91r. In f. 102r alia manu: "Risposta a 16 Novembre" et summarium. Folium inscriptionem continens deest.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 27v-28r.

Eminentissimo *etc.*

Venerdì a sera, 4 del corrente, giunsi a questa città<sup>100</sup>, dove se ben havevo dissegnato di trattenermi poco tempo, nondimeno ho ritrovato così cattivi

<sup>97</sup> Carolus I Gonzaga (1580-1637), dux Mantuae ab a. 1628.

<sup>98</sup> Pax, quae finem imposuit bello de successione Mantuana, inter Hispanos et Gallos gesto, cfr. Quazza II, p. 182-238, inita est Ratisbonae 13 X 1630 a.

<sup>99</sup> Ambrosius Spinola (1569-1630), gubernator Mediolani, dux belli de successione Mantuana gesti, extremum diem obiit 25 IX.

<sup>100</sup> Secundum epistulam ad Cosmum de Torres accuratore dato praeditam (cfr. N. 49) et diarium itineris Visconti ingressus est Cracoviam 7(8) X, die autem 4 X sub vesperum pervenit ad abbatiam Benedictinorum in Tyniec, loco prope Cracoviam sito, ubi substitit et expectabat, donec sibi sedes Cracoviae apparetur.

avisi de' progressi che fa la peste in Varsovia e tutta la Polonia Superiore, che non so quando potrò inviarmi a quella volta. Ho però significato subito a Sua Maestà il mio arrivo et offertomi di caminar avanti ad ogni suo comandamento. Per rispetto del contagio ha già Sua Maestà licentiatto tutta la Corte et ufficiali; et essa con la Regina<sup>101</sup> e Principi<sup>102</sup> haveva destinato ritirarsi 30 leghe discosto da Varsovia verso il confine di Lituania, subito che si fosse liberata dalla podagra, che gagliardamente la travagliava in un braccio, e facilmente si sarà posta in viaggio da lunedì<sup>103</sup> in qua, 6 del mese, secondo gl'avisi venuti doppo da quelle parti, col miglioramento della sua indispositione. Per il medesimo rispetto del contagio anco la Dieta ch'era intimata per li 16 del corrente, s'è differita a gl'8 di Gennaro prossimo<sup>104</sup>. Qua ho trovato l'Auditore del Sig. Cardinal Santacroce, partito da Varsovia molti giorni prima<sup>105</sup>. E non havendo con l'ultimo ordinario di Vienna, giunto qua hieri, lettere di V.ra Eminenza, son parimente senz'altre particolarità da soggiungerle. Onde resto *etc.* Di Cracovia [6]<sup>a</sup> Ottobre 1630.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

(<sup>b</sup>- Humilissimo *etc.*

Honorato Arcivescovo di Larissa<sup>b</sup>)

<sup>a</sup>) *Dies in or. deest; suppositio 6X nititur textu. Copia Barberiniana habet:17*

<sup>b-b</sup>) *Autographum.*

#### N. 48.

### Honoratus Visconti card. Francisco Barberini

Cracoviae, 10 X 1630.

*Nuntiat postridie sui Cracoviam adventus a custode templi cathedralis literas regias sibi redditas esse de commissario generali Franciscanorum ex Polonia expellendo et excommunicando et de novo eiusdem Ordinis superiore provinciali confirmando. Primum negotium ex regis sententia a se expeditum esse, alterum vero ad pontificis arbitrium reiectum et dilatatum. Utrumque negotium regi gravissimum videri, qui turbas aliquas ex eo oriri posse subveretur.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 89r-v. In f. 105v vestigium sigilli.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 26v-27r.

<sup>101</sup>Constantia.

<sup>102</sup>Vladislaus, Ioannes Casimirus, Ioannes Albertus, Carolus Ferdinandus et Alexander Carolus.

<sup>103</sup>30 IX.

<sup>104</sup>Comitia Regni ordinaria inde a 29 I usque ad III 1631 celebrata sunt.

<sup>105</sup>Cyprianus Bardini.

Eminentissimo *etc.*

L'istessa sera del mio arrivo a questa Città<sup>106</sup> mi fece chieder udienda il Custode di questa Cathedrale<sup>107</sup>, significandomi d'havere per me lettere di Sua Maestà et altri particolari da espormi. Et essendo restati in appuntamento par la mattina seguente, mi rese una lettera dell'acclusa copia<sup>108</sup>, e mi soggiunse quanto V.ra Eminenza si degnarà vedere notato appresso.

Il primo capo della lettera tocca all'espulsione del Commissario generale de' Franciscani, venuto da Roma<sup>109</sup>, nel quale perché ho trovato ch'era già stato proceduto dall'Auditore del Sig. Cardinal Santacroce<sup>110</sup>, da cui anco ho veduto sottoscritta la scomunica da publicarsi contro il Commissario, ho pensato di dar sodisfattione a Sua Maestà con prohibir al medesimo l'esercizio della carica e la dimora nel Regno, tanto più che veramente l'età e la poca esperienza di lui danno assai giusto pretesto al Re di desiderarlo.

L'altro capo contiene l'istanza della confirmatione del Provinciale, eletto in tempo del Sig. Cardinal Santacroce<sup>111</sup>, ma perché Sua Eminenza aggiunse all'elettione la conditione che ne venisse il consenso del Padre Generale, e l'Custode sudetto vi ha anco presupposto che Sua Maestà n'habbia scritto a N.ro Signore, per questo ho havuto commodità di pigliar tempo a pensarvi, con soggiungere esser bene d'aspettar le risoluzioni di costà, dalle quali deve sperarsi che sarà compitamente provveduto ad ogni cosa. E così dissegno di risponder anco a Sua Maestà.

Sopra gl'altri particolari ho anco havuto campo di scusarmi nel determinar cos'alcuna mentre non ne ho fin'hora informatione, ho però risposto che servirò sempre al gusto di Sua Maestà quanto mi sarà permesso.

[89v] In questo negotio si vede che preme da dovero Sua Maestà, e per quello n'ho sentito fin'hora, giudico che se non se li provvede d'alcun'aggiustamento, possa partorire qualche gran disturbo nel Regno. Ho però voluto avvisare a V.ra Eminenza il seguito sin'hora, perch'ella possa farvi quella riflessione che parrà alla sua infinita prudenza. Et humilissimamente la riverisco. Di Cracovia, 10 Ottobre 1630.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

(<sup>a</sup>-Humilissimo *etc.*

Honorato Arcivescovo di Larissa<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

<sup>106</sup> Venit Cracoviam 7 X (cfr. N. 49).

<sup>107</sup> Fortassis Laurentius Starczewski (†1641).

<sup>108</sup> Cfr. N. 40. Exemplar huius epistulae non invenitur. Fusius de hac re scribit Visconti in litteris ad protectorem, Cosmum de Torres (cfr. N. 49). Vide etiam Kantak FP II, p. 139.

<sup>109</sup> Antonius Forbes, commissarius generalis Ordinis a 1630. A. 1626 utebatur patrocinio principis Vladislai, cfr. Collura, p. 53.

<sup>110</sup> Cyprianus Bardini.

<sup>111</sup> Franciscus Madaliński, superior provincialis Ordinis annis 1629-1630.

## N. 49.

**Honoratus Visconti**  
**card. Cosmo de Torres,**  
**protectori Regni Poloniae**

Cracoviae, 10 X 1630.

*Certiozem eum facit se, post priorem per quattuor dies Tinectiae commorationem, 7 X Cracoviam pervenisse et in domo episcopali deversari. Varsaviae pestem saevire nuntiat. Significat custodem capituli Cracoviensis litteras regias sibi porrexisse de controversia inter Franciscanos Conventuales et Reformatos intercedente; eiusmodi controversiae explicat naturam et rogat, ut regiam petitionem in Curia Romana commendare et promovere velit.*

**Or.:** L'Aquila, AS, Arch. Dragonetti de Torres, ms. 111 f. 209r-v. Folium cum inscriptione et sigillo deest.

*Eminentissimo etc.*

Del mio arrivo a questa Città, che fu alli 7 del presente<sup>112</sup>, do parte a V.ra Eminenza per debito della devotissima servitù che le professo; e desidero ch'ella si degni di così proteggerla in queste bande, come l'ha favorita sempre in tutte l'occasioni. Mi son trattenuto quattro giorni all'Abbatia di Tignez<sup>113</sup>, per dar tempo all'aggiustamento dell'habitatione ch'ho preso in Vescovato. E dubito di dovervi dimorar più di quello ch'havevo stabilito, per rispetto delle cattive nuove de' progressi che fa la peste per tutta la Polonia Superiore, e particolarmente in Varsovia. Sua Mestà se ne sarà facilmente absentata da Lunedì in qua, con la Regina e Principi, secondo gl'avisi venuti da quelle bande. E la Dieta, ch'era intimata per li 16 del corrente, si differirà sino al mese di Gennaro prossimo<sup>114</sup>.

In questo primo ingresso ho intoppato subito nella differenza che passa fra i Conventuali et i Riformati, come presuppongo che ben sappia V.ra Eminenza. E l'istessa sera che giunsi in Cracovia trovai che l'Custode di questa Collegiata doveva presentarmi lettere di Sua Maestà, sì come fece, in questo proposito, ricercandomi di privare un Commissario Generale venuto di costà<sup>115</sup> e confermare un Provinciale, eletto in tempo del Sig. Cardinal Santa Croce, senza però esser stato approvato dal Padre Generale, secondo la con-

<sup>112</sup> Antea scripsit se Cracoviam 4 X advenisse. Vide N. 47, cfr. A. 1 et Introductionem, p. VII.

<sup>113</sup> Tynec.

<sup>114</sup> Cfr. supra, N. 48.

<sup>115</sup> Antonius Forbes.

dittione con che Sua Eminenza permise [209v] l'elettione<sup>116</sup>. Proteggendo, dunque, gagliardamente Sua Maestà la parte del Provinciale, parre a me negotio molto difficile d'aggiustare in questo principio della mia Nuntiatura. Et essendone stato scritto a Nostro Signore dal Re medesimo, io vengo a supplicare V.ra Eminenza a degnarsi d'oprire che costì sia terminato, per honorare la mia servitù di uno di quelli effetti della mia devotione che sperarò della solita benignità di V.ra Eminenza. La quale humilissimamente riverisco per fine. Di Cracovia, 10 Ottobre 1630.

D[i] V.ra Eminenza Rev.ma

<sup>(a)</sup>Humilissimo etc..

Honorato Arcivescovo di Larissa<sup>a)</sup>

<sup>a-a)</sup> Autographum.

### N. 50.

**Honoratus Visconti  
Thaddaeo Barberini**

Cracoviae, 10 X 1630.

*Notum facit se 4 X Cracoviam advenisse. Officia et obsequia defert.*

**Or.:** BV, Barb.Lat. 6585 f. 3r. Folium inscriptionem continens deest.

### N. 51

**Stanislaus Łubieński, epus Plocensis  
Honorato Visconti**

[Viscoviae, paulo post 10 X 1630].

*Salutat eum venientem in Regnum Poloniae et obsequia sua ipsi defert.*

**Cop.:** Wrocław, BOss, ms. 157 II f. 202v.

---

<sup>116</sup> Franciscus Madaliński. Litteras regias vide in N. 40; de eisdem litteris nuntio per custodem capituli, non collegiatae, Cracoviae redditus, cfr. N. 48.

## Nuncio Apostolico

Illustrissime et Rev.me Domine.

Venientem ad nos munusque legationis demandatae auspicantem Ill. mam Celsitudinem V.ram vel in ipsis Regni finibus coram excipere et<sup>a)</sup> in persona Ill.mae Celsitudinis V.rae Ss.mum Dominum Nostrum venerari deberemus, sed et locorum tanta intercapedo et mea<sup>117</sup> adversa valetudo ita me domi detinet, ut tam necessario officio defungi mihi non liceat. Mei tamen obsequentissimi erga Ill.mam Celsitudinem V.ram studii has literas testes esse volui, quibus cultus et observantiae meae, qua Ill.mam Celsitudinem V.ram prosequor, quamque illi a me deberi libens volensque profiteor, testificatione defungor. Mandet iubeatque Ill.ma Celsitudo V.ra atque ita meis utatur obsequiis, ut unius e suis servitoribus, paratissimum semper me inveniet et parentem iussis suis. Interim adventum ad nos gratulor Ill.mae Celsitudini V.rae Deumque precor, ut Ill.mam Celsitudinem V.ram difficillimo hoc tempore munus Apostolici Legati gerentem ita caelestis auxilii subsidio tueatur ac foveat, ut parta ingenti gloria, par virtutibus suis decus et dignitatis amplissimam accessionem hinc referat. Humillima mea obsequia defero Ill.mae Celsitudini V.rae.

<sup>a)</sup> *Adscriptum supra.*

## N. 52.

**Card. Franciscus Barberini  
Honorato Visconti**

In Castello Gandulfi, 11 X 1630.

*Significat se de eius Viennam adventu et conventu cum card. Pallotto et archiduce Leopoldo libenter cognovisse. De morte cardinalis Klesl dolet (cfr. N. 41).*

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 174A f. 166v.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6226 f. 196r-v.

---

<sup>117</sup> Stanislaus Lubieński (1573-1640), ab a. 1624 epus Luceoriensis, ab a. 1625 vicecancellarius Regni, ab a. 1627 epus Plocensis.

## N. 53.

**Honoratus Visconti**  
**card. Francisco Barberini**

Cracoviae, 17 X 1630.

*Notum facit se propter pestem in aula regia nondum fuisse. Litteras a card. Barberini hucusque non accepisse. Breve pontificium et litteras eius castellano Cracoviensi, duci in Zbaraż, reddidisse.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 90r. In f. 103v inscriptio et vestigium sigilli. In f. 104r alia manu: "Risposto a 16 Novembre" et summarium.  
**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 27v.

Eminentissimo *etc.*

L'absenza mia dalla Corte, la ritirata e sbandamento di quella per cagion della peste et il non haver lettere di V.ra Eminenza in quest'ordinario, non mi lasciano occasione, o di negozi o di novità, da stendermi in questa. Onde con soggiungerle solamente d'haver presentato il breve di N.ro Signore e la lettera di V.ra Eminenza al Sig. Duca di Sbarrask, Castellano di questa Città<sup>118</sup>, che se n'è stimato molto honorato, e che fin qui mi fa molte cortesie. Riverisco V.ra Eminenza con humilissima riverenza. Di Cracovia, 17 Ottobre 1630.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

(<sup>a</sup>- Humilissimo *etc.*

Honorato Arcivescovo di Larissa<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

## N. 54.

**Honoratus Visconti**  
**card. Francisco Barberini**

Cracoviae, 17 X 1630.

*Litteras eius, 21 IX datas, de modo et ratione epistulas mittendi, ad se pervenisse nuntiat. Nova recentissima transmittit.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 92r. In f. 99v inscriptio et sigillum. In f.100r alia manu: "Risposto 16 Novembre" et summarium.

<sup>118</sup> Georgius Zbaraski († 1631), castellanus Cracoviensis ab a. 1620.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 28r-v.

Eminentissimo *etc.*

A punto nel partir delle lettere ricevo una di V.ra Eminenza delli 21 del passato<sup>119</sup>, con cui mi commanda il modo d'inviar le lettere a cotesta volta, perché si conservino senz'esser vedute fra le diligenze che si fanno nel purgarle in questi rumori così universali del contagio; nel che puntualmente eseguirò l'ordine di V.ra Eminenza, alla quale invio parimente un foglietto d'alcune nuove buscatesi adesso, non ostanti le difficoltà, che l'accenno in un'altra mia, che sola dovrà giungerle con questa. Con cui anco riverisco humilissimamente V.ra Eminenza. Di Cracovia, 17 Ottobre 1630.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

(<sup>a</sup>- Humilissimo *etc.*

Honorato Arcivescovo di Larissa<sup>a)</sup>)

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

## N. 55.

**Honoratus Visconti**  
**card. Ludovico Ludovisi,**  
**praefecto Congregationis de Propaganda Fide<sup>120</sup>**

Cracoviae, 17 X 1630.

*Certiozem eum reddit litteras a metropolita Rutheno, per nuntium Viennensem ad Congregationem transmittendas, se nondum accepisse (cfr. N. 27). Cum primum pervenerint, curaturum se esse nuntiat, ut sine mora in Urbem mittantur.*

**Or.:** APF, SOCG 132 f. 314r.

- **Ed.:** Welykyj LNA V, p. 53.

---

<sup>119</sup> Non invenitur.

<sup>120</sup> Ludovicus Ludovisi (1595-1632), nepos Gregorii XV, ab a. 1621 aepus Bononiensis, annis 1621-1623 card. secretarius status, annis 1622-1631 praefectus Congregationis de Propaganda Fide.

## N. 56.

**Honoratus Visconti**  
**Eduardo Farnese, duci Parmae**

Cracoviae, 17 X 1630.

*Obsequia defert et de suo Cracoviam adventu nuntiat.*

Or.: Parma, AS, Carte Farnesiane, Estero, ms. 119 (Polonia) f. 235r.

-Ed.: Meysztowicz-Wyhowska DPAP II, p. 40.

Serenissimo Signore, Padrone Colendissimo.

Dalla singular benignità di V.ra Altezza<sup>121</sup> vien agevolato a ciascuno il modo di riverirla in cotesta fortuna, perché V.ra Altezza con quella assicura l'animo di chi non potrebbe pressumer di far seco dimostrattioni degne di questa. Io, dunque, ch'invitato da tal consideratione, et incitato da i stimoli del debito di fedelissimo Vassallo<sup>122</sup>, ambisco di ratificare a V.ra Altezza, anco da queste bande, il mio riverente ossequio, la supplico humilissimamente a degnarsi ch'io possa farlo con l'aviso che le do della terminatione del mio viaggio a questa Città e profondissimamente m'inchino a V.ra Altezza. Di Cracovia, 17 Ottobre 1630.

Di V.ra Altezza Ser.ma

(<sup>a</sup>-Humilissimo et obligatissimo Servitore e Vasallo  
 Honorato Arcivescovo di Larissa<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

## N. 57.

**Card. Franciscus Barberini**  
**Honorato Visconti**

Romae, 19 X 1630.

*Dolet, quod propter pestem in variis Poloniae partibus adhuc grassantem negotia ipsi commissa celeriter expediri non poterunt. Sententiam eius de profectione Cracoviam et consilio illic capiendo, quid porro agendum sit, probat.*

<sup>121</sup> Eduardus Farnese (1612-1646), dux Parmae et Placentiae ab a. 1623.

<sup>122</sup> Scil. vasalli ratione bonorum, quae Visconti in ducatu illo possidebat.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 174A f. 166v-167r.  
**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6226 f. 196v.

Dispiace oltramodo che in diverse parti di Polonia si mantenghi anche il contagio, perché quest'impedimento non lascerà a V.ra Signoria metter mano a negotii che, per [167r] avventura, ricercano sollecitudine. Ma conviene accomodarsi al divin volere. Il pensiero di V.ra Signoria di fermarsi in Cracovia per pigliar ivi risoluzione di passar avanti o fermarsi, è molto aggiustato, et a lei in ciò mi rimetto; et udirò volentieri quello ch'ella havrà fatto. In tanto, havendo sodisfatto alla lettera di V.ra Signoria de 24 del passato da Vienna<sup>123</sup>, me le raccomando. Roma, 19 Ottobre 1630.

### N. 58.

**Card. Franciscus Barberini**  
**Honorato Visconti**

Romae, 19 X 1630.

*Mittit relationem cardinalis Santacroce de modo se gerendi in negotio electionis successoris Sigismundi III. Summum pontificem commendare principem Vladislaum, bonum catholicum et probatum exercitus ducem. Cuius electionem, rege adhuc superstite, machinationes fautorum Gustavi Sueci, Silesiam occupare molientis, coercere posse.*

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 44 f. 3r-7r.

**- Ed.:** Theiner VMPL III, p. 387-390.

**Min.:** BV, Barb.Lat. 6587 f. 7r. In f. 16v, "messo in cifra 19 Ottobre". Ibidem in f. 1r-6r cop. in relatione Santacroce legitur annotatio in f. 14v: "messo in cifra li 7 di Settembre".

A Mons. Arcivescovo di Larissa, Nuntio in Polonia, li 19 d'Ottobre 1630

La relatione data qui dal Sig. Cardinal Santacroce in proposito dell'[7r] eletione del successore a cotesto Re, dovrà servire a lei per notitia di quel che passa circa affare così importante, e veramente Sua Beatitudine desidera molto che non solamente cotesto Regno, dopo la morte del presente Re, cada in persona così Cattolica e Religiosa come è il Sig. Prencipe Vladislao, atto anco a sostenerlo in credito per il suo sperimentato valore nell'armi, ma anco che questa partita potesse assicurarsi in vita della Maestà Sua, massima-

<sup>123</sup> Cfr. N. 45.

mente vedendosi che, per i peccati nostri e per le discordie che tuttavia durano tra i Prencipi Cattolici, Gostavo<sup>124</sup> acquista sempre nuovi domini e nuova riputatione, onde conseguentemente s'avvantaggierà costi la sua pratica e la sua fatione, la quale si consideri quanto s'ingagliardirebbe s'egli occupasse la Silesia, come avvisano che vi ha la mira, il che Dio non voglia. Con tutto ciò, perché il tentarsi questo assicuramento della successione in vita del Re può haver quelle difficoltà e gelosie che accenna il Sig. Cardinal Santacroce nella sua scrittura, però V.ra Signoria si valerà de ricordi et avvertimenti che insieme dà Sua Eminenza, e stia avvertita se nella Dieta, che hormai dicono sia per tenersi, se si fa motivo alcuno di questo particolare.

*Sequitur* "Relazione del Cardinale di Santacroce intorno all'elezione del futuro Re di Polonia, mandata dal Cardinal Segretario di Stato a Monsig. Nunzio di Polonia", in qua affirmatur<sup>125</sup>:

*Regem 64 annos natum esse, saepe aegrotare et propterea in administrando Regno non parum impediri. Ad haec accedere, quod asseverent regem longissimo regni tempore multa nobilium privilegia violasse cumque Domo Austriaca se arctius coniunxisse. Quo fieri, ut Poloni mutationem in regno libenter visuri sint.*

*Principem Vladislaum sibi Romam scripsisse de valetudine regis in dies in- gravescente, qui una cum regina de electione Vladislai, se adhuc vivente, per- agenda cogitet. Affirmari ab omnibus (se quoque in aula imperiali id rogatum esse), reginam principi Vladislao filium suum natu maiorem, Ioannem Casimi- rum, opponere velle. Polonos tamen illi parum favere. Ad se allatum esse regem et reginam ad faciendam electionem Vladislai ab imperatore esse adactos, cap- ta ad hoc fortassis ansa ex relatione sua, quam in reditu ex nuntiatura Viennae deposuerit.*

*Se existimare consilium istud principem Vladislaum in regem eligendi reli- gioni catholicae non parum adfuturum. Si autem regem ante electionem et con- firmationem successoris diem suum obire contigerit, regem Sueciae Gustavum regno potiturum esse, propterea quod:*

1) *Iam in Regno Poloniae validis nitatur adminiculis: possideat enim Prus- siam et totam Livoniam; neque indutiarum, ad sex annorum spatium a. 1629 cum Polonia initarum, rationem ullam habiturus sit, cum praeterea non exi- guum exercitum in confiniis cum Moscovia teneat.*

2) *Imperatori se opponere et haereticos in regionibus ad mare Balticum sitis adiuvere semper conaturus sit; ad eam rem eo facilius consequendam interregno usurus.*

3) *Sit frater uxoris electoris Brandenburgensis (Georgii Gulielmi), etiam haeretici et erga Poloniam foedifragi.*

4) *Favorem Turcarum procul dubio adepturus sit.*

<sup>124</sup> Gustavus Adolfus, de eius regni Poloniae petitione, vide Norrman (in Bibliographia).

<sup>125</sup> Edenda in volumine epistularum et actorum nuntii Santacroce.

5) *Multi praeterea haeretici et graviores in Polonia et praesertim in Lithuania viri ipsum certo adiuturi sint.*

6) *In exercitu illius multi habeantur Poloni et Lithuani.*

*Partem Polonorum fortassis assensuros esse, ut Gustavus regno potiatur, propterea quod:*

1) *Si rege tandem mortuo Vladislaus, exercitu et pecunia carens, regnum Sueciae sibi vindicans et Prussiam recuperare desiderans, in regem eligeretur, tunc arduum infelixque illi cum Gustavo bellum inchoandum esset.*

2) *Gustavi electione amissae Regni partes, Prussia et Livonia, ad Poloniam rediturae essent.*

3) *Libera etiam navigatio in mari Baltico et Gedani restitueretur.*

4) *Utrumque Regnum in unum coniungi magnamque potentiam ita adipisci posset.*

5) *Rex, fortis et felix belli dux, contra Tartaros et Moscovitas (Smolenscum rursus expugnare molientes) Regnum valenter protegere ac defendere et Silesiam ab Imperio occupatam Poloniae recuperare posset.*

*Nihil impedire, quod Gustavus sit haereticus, nam ad regnum in Polonia obtinendum simulatam cum Ecclesia Romana reconciliationem certo tentaturum illum esse.*

*Itaque, ad vitandum eiusmodi periculum, electionem Vladislai festinanter peragendam esse. Nuntium expiscari debere, num regina in talem electionem assentiri parata sit, deinde regem et reginam de benevola summi pontificis in principem Vladislaum propensione certiore facere. Cum aliis quoque aliquot, qui Vladislao faveant, eum colloqui posse, scil. cum Regni primate (Ioanne Wężyk), episcopo Cracoviensi (Andrea Lipski), Regni et Magni Ducatus cancellariis (Iacobo Zadzik et Alberto Stanislaw Radziwiłł), vicecancellariis (Thoma Zamoyiski et Paulo Stephano Sapieha) et castellano Cracoviensi (Georgio Zbarski), in primis autem huic causae imperatorem (Ferdinandum II) conciliare conari, insciis tamen Polonis, Domui Austriacae parum faventibus.*

#### N. 59.

**Card. Scipio Borghese  
Honorato Visconti**

Romae, 19 X 1630.

*De eius Viennam adventu gaudet. Reliquum iter faustum et felix ei exoptat.  
Pro obsequiis gratias agit.*

**Honoratus Visconti  
concionatoribus Verbi Dei  
in Civitate Cracoviensi**

Cracoviae, 23 X 1630.

*Mandat eis, ut omnibus palam faciant decretum S. Romanae Rotae, quo patribus Societatis Iesu facultas publice legendi et docendi Cracoviae concedebatur, vim suam non amisisse neve suspensum esse, cum appellationis Academiae Cracoviensis ea in re factae nulla habita sit ratio. Praemonet omnes, qui Iesuitas in docendo quoquomodo impedire audeant, excommunicationis poena multatum iri. Sodales Academiae hortatur, ut - pro studiorum et doctrinae bono - iussis Sedis Apostolicae pareant.*

**Cop. coaeva:** Roma, ARSI, Polonia I, ms. 77 f. 166r-v.

**Cop.:** Kraków, BPAN, ms. 1927, t.1, f. 640v-641r.

**Cop. XX saec.:** Kraków, Archiwum Prowincji Małopolskiej SJ, ex hereditate Ioannis Poplatek, theca 1, p. 46-47.

Comes Honoratus Vicecomes, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Larissenus et in hoc amplissimo Poloniae Regno cum facultatibus Legati de latere Nuntius Apostolicus, Concionatoribus Verbi Dei in hac Civitate Cracoviensi salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam inter caeteras legationis nostrae curas ea semper praecipua est, quae saluti consulit animarum, quae Sanctae Sedis Apostolicae, cuius in hoc amplissimo Regno partes gerimus, venerationem auget et tuetur; ideo non sine animi nostri maerore intelleximus ac propriis pene oculis vidimus non parvum ad animarum suarum interitum properantium numerum, erronea forsans suggestionem seductum, dum sibi licentius licere opinatur Sacrae Rotae Romanae, omnium in iudicando Magistrae, in cultu iustitiae tutissimi exemplaris, non minus monitis contraire, quam posthabere praecepta executorialia ad favorem Rev.dorum Patrum Societatis Iesu Collegii Cracoviensis eorumque scholae studentium contra Venerabilem Academiam Cracoviensem nuper expedita, relaxata, legitimeque intimata<sup>126</sup>.

Quare plurimorum tenebris, in quibus saepe humani generis hostis laquei delitescunt, luce veritatis occurrere volentes zeloque pietatis morbo inobedientiae in dies succrescenti mederi, omnibus Concionatoribus in virtute Sanctae Obedientiae praecipimus, [ut dum]<sup>a)</sup> Verbi Dei semen in cordibus fidelium serunt, haec curent evellere erroris zizania, manifestum omnibus et singulis faciendo, praetextu cuiuscunque appellationis, post tres sententias

<sup>126</sup> Agitur haud dubie de ultimo Iesuitis favorabili decreto, 15 IV 1630 a. lato, cfr. Załęski II, p. 291-295.

conformes, a Sacra Rota Romana latas ad favorem Rev.dorum Patrum Societatis Iesu Collegii Cracoviensis eiusque scholarium, super iure liberaque facultate publice legendi et docendi, nulla ratione suspendi aut vulnerari vigorem executorialium praedictarum, et praecipue excommunicationis latae sententiae et aliarum censurarum in illis contentarum. Ac propterea quotquot hactenus praedictis exequutorialibus contrafecerunt, vel in futurum contrafacient, directe vel indirecte, publice vel occulte, per se vel per alium, aut auxilium, consilium vel favorem quomodolibet dederint, impediendo dictis Rev.dis Patribus Societatis Iesu Collegii Cracoviensis eorumque discipulis, liberum et publicum docendi et discendi usum, adeo praedictis excommunicationis et aliarum censurarum poenis irretitos esse et fore, ut a nullo, praeterquam ab ipsa Sacra Rota Summoque Pontifice, absolvi possint ac valeant. Moneant insuper atque sincero caritatis affectu hortentur Concionatores iidem, prout et Nos enixe in Domino hortamur, omnes et singulos, ne illum [166v] virorem pietatis venerationisque erga Sanctam Sedem Apostolicam in hac insigni Academia, immo in universo hoc Regno semper viridissimum, falce inobedientiae incaute succidant. Sic enim scientiarum splendor effulgebit gloriosior et crescet profectus cumulatissimus, si obedientiae fulgore nitescat. Datum Cracoviae, in Palatio nostrae Residentiae, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo, die 23 Mensis Octobris.

Honoratus, Archiepiscopus Larissenus  
Nuntius apostolicus

(Locus + Sigilli)

<sup>a)</sup> *Textus in copia Romana corruptus,  
suppletus ex copia BPAN Cracoviensi.*

**N. 61.**

**Honoratus Visconti  
card. Francisco Barberini**

Cracoviae, 24 X 1630.

*Scribit nullas eius litteras a novissimo tabellario sibi redditas esse, nullasque novitates scitu dignas ei mittendas adesse. Regem cum tota aula sua Ticocinium pervenisse nuntiat. Exspectat instructionem.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 93r. In f. 98v alia manu: "Risposto a 23" et summarium. Folium inscriptionem continens deest.  
**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 28v-29r.

## N. 62.

**Honoratus Visconti**  
**card. Ludovico Ludovisi,**  
**praefecto Congregationis de Propaganda Fide**

Cracoviae, 24 X 1630.

*Notum facit propter pestem Varsaviae saevientem se ab aula longe abesse et de rebus, quae in litteris Meletii Smotryckij, 20 IX datis, sibi missis (cfr. N. 42), agitabantur, regem alloqui non posse. Cum primum impedimenta cessaverint, se mandatum eius diligenter exsecuturum esse scribit.*

**Or.:** APF, SOCG 132 f. 315r.

**- Ed.:** Welykyj LNA V, p. 54.

## N. 63.

**Sigismundus III Vasa, rex Poloniae**  
**Honorato Visconti**

Ticocinii, 28 X 1630.

*Adventum eius in Poloniam sibi gratum esse, similiter adventum in aulam suam gratum fore scribit.*

**Reg.:** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 33, n. 7 ff, p. 1. In margine "Archiepiscopo Larisseno. Regis Poloniae".

**Reg.:** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 34, n. 1, fasc. 2, p. 121-122.

**Reg.:** Kraków, BCz, ms. 365, p. 423-424. Hic datum 20 X.

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc.

Rev.me in Christo Pater, amice noster charissime. Gratus nobis est Paternitatis V.rae in Regnum nostrum adventus. Gratus etiam erit in Aulam Nostram, ubi ab hoc secessu Nostro Varsaviam Deo prosperante redierimus. In praesentia vero benevolo prosequimur affectu eam Paternitatis V.rae testificationem, qua profitetur se demerendi Nostri studio huc venisse. Completemur Nos vicissim Regia voluntate Paternitatem V.ram, uti clari generis et spectatae virtutis Praelatum. Cui optimam a Deo valetudinem preca-

mur. Datum Tycocini<sup>127</sup>, die XXVIII Mensis Octobris, Anno Domini MDCXXX,  
Regnorum Nostrorum Poloniae XXXXIII, Sueciae XXXVII.

Sigismundus Rex.

**N. 64.**

**Constantia, regina Poloniae  
Honorato Visconti**

Ticocinii, 28 X 1630.

*De adventu eius in Poloniam gaudet et gratulatur.*

**Reg.:** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 33, n. 7 ff, p. 1. Sub textu:  
"A tergo. Rev.mo in Christo Patri D.no Honorato Vicecomiti Archiepiscopo  
Larissenso etc."

**Reg.:** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 34, n. 1, fasc. 2, p. 122-  
123.

Constantia, Dei gratia Reggina [sic] Poloniae et Sueciae, Magna Dux Li-  
thuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque etc., Nata  
Archidux Austriae.

Rev.me in Christo Pater, amice noster Charissime. Quod coram quam-  
primum testari cupimus, id in praesentia his profiteamur, gratissimum nobis  
esse Paternitatis V.rae in Regnum hoc adventum, quam praenuntia clarissi-  
mi ortus praestantiumque virtutum fama dudum antecessit. Non minus et-  
iam gratum acceptumque Nobis est studium Paternitatis V.rae de nobis ac  
Reggia [sic] Domo nostra merendi, cui Nos pari propensae voluntatis affectu  
respondere adnitemur. Quod reliquum est, Paternitatem V.ram bene ac felici-  
ter valere cupimus. Datum Tykocini, die XXVIII Mensis Octobris, Anno Do-  
mini MDCXXX.

---

<sup>127</sup> Tykocin (Ticocinium), oppidum et arx ad fluvium Narev, non procul a finibus Regni et Magni  
Ducatus Lithuaniae.

## N. 65.

**Honoratus Visconti**  
**card. Francisco Barberini**

Cracoviae, 31 X 1630.

*Nuntiat se litteras eius, 21 X datas, accepisse; pestem in Polonia septemtrionali adhuc saevire; afferri rumores eam in Valachia quoque et Moldavia vehementer grassari.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 94r. In f. 97v: "Risposto a 30 Novembre" et summarium. Folium inscriptionem epistulae continens deest.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 29r.

## N. 66.

**Honoratus Visconti**  
**Eduardo Farnese, duci Parmae**

Cracoviae, 31 X 1630.

*De filio ei nato gratulatur.*

**Or.:** Parma, AS, Carte Farnesiane, Estero, ms. 119 (Polonia) f. 236 r.

**-Ed.:** Meysztowicz-Wyhowska DPAP II, p. 40-41.

Serenissimo Signore, *etc.*

Della consolazione che riceve V.ra Altezza nell'acquisto del Ser.mo Principe, natole ultimamente<sup>128</sup>, niuno può sentir maggiore allegrezza che chi di continuo brama la prosperità della Serenissima sua Casa. Io dunque, che per obligatione di Vassallaggio e per proprio debito posso esser in concetto di V.ra Altezza d'havere tal desiderio, ho anco maggior confidenza nel presentarmele come tale in quest'occasione. Supplico dunque humilissimamente l'Altezza V.ra a ricever questo mio devotissimo ossequio come tributo della mia vera servitù. E con profondissimo inchino la riverisco. Di Cracovia, ultimo Ottobre 1630.

Di V. ra Altezza Ser.ma

Humilissimo et Obligatissimo Servitore et Vassallo  
 Honorato Arcivescovo di Larissa

<sup>128</sup> Ranutius II Farnese (1630-1694), dux Parmae et Placentiae ab a. 1646.

## N. 67.

**Honoratus Visconti**  
**card. Francisco Barberini**

Cracoviae, 8 XI 1630.

*Nuntiat pestem Varsaviae et in locis vicinis saevire non desinere et propterea nova inde vix pervenire posse et epistularum commercium cum aula regia impediri. Quamobrem se nihil scitu dignum perscribere posse.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 95r. In f. 96v: "Risposto a 2 Dicembre" et summarium. Folium inscriptionem epistulae continens deest.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 29r-v.

## N. 68.

**Card. Franciscus Barberini**  
**Honorato Visconti**

Romae, 9 XI 1630.

*Notum facit se nullas hac hebdomade litteras eius accepisse, nihil ergo praeter salutationem ei significandum habere.*

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 174A f. 167r.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6226 f. 196v-197r.

## N. 69.

**Sigismundus III, rex Poloniae**  
**Honorato Visconti**

Ticocinii, 9 XI 1630.

*Nuntiat de discidio inter Franciscanos Conventuales iam pridem oborto et rogat, ut praepositum provincialem, Franciscum Madaliński, a praedecessore eius, nuntio Antonio Santacroce, confirmatum, sed ab A. Forbes eiusque fautoribus expulsum, officio restituat.*

**Duplicatum.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 115v,118r,115r,118v (Ex transverso litteris N. 84 inclusum).

**Reg.:** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 33, n. 7 ff, p. 3-4.

**Reg.:** Kraków, BCz, ms. 365, p. 429.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 35r-v.

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque, nec non Suecorum, Gothorum Vandolumque [sic] hereditarius Rex.

Rev.me in Christo Pater, Amice Noster char.me. Non mediocrem inter alia Paternitati V.rae molestiam in hoc Regno facessent lites ac dissidia fratrum Ordinis Sancti Francisci, qui a complurimis annis in factiones divisi et Sedi Apostolicae et nobis graves molestique esse incipiunt<sup>129</sup>. Hinc nisi Paternitas V.ra saniolem partem consilio regere et auctoritate fulcire a principio coeperit, verendum est, ne parum religiosi et rerum novandarum cupidi animum sumant, et eo magis turbare [118r] ordinem ac in partes scindere gravi cum scandalo nitantur.

Ea de causa sancte et prudenter fecerit Paternitas V.ra, si patrociniū fratris Francisci Madalenski, Provincialis Poloniae, ceterorumque Communitarum, ut vocant, suscepit, exemplo Antecessoris<sup>130</sup> sui, qui et electionem ipsius probavit et adversarios ipsius compescuit, a quibus, cum clastro pulsus et officio privatus sit, Paternitas V.ra utrique eum restituet, nec patietur virum religiosum ac ordinis sui incrementum promoventem, exilio hoc et aerumnis amplius conflictari. [115r] Cum vero frater Forbes istius exilii aerumnarumque, quas patitur, dissidiorumque omnium<sup>a)</sup> magna pars, quod audimus, sit, plurimum interest, ut illum e Civitate et Provincia hac discedere Paternitas V.ra iubeat, ceterosque ab ipso ex Russia aliisque locis evocatos, relictis iis solum, qui ritum communem religiosamque disciplinam sectantur. Id ut faciat Paternitas V.ra, et Nos benevole requirimus, et muneris, quod gerit, ratio exposcit. Cui optimam a Deo valetudinem precamur. Datum Tykocini, die IX Mensis Novembris, Anno Domini MDCXXX, Regnorum Nostrorum Poloniae XXXXIII, Sueciae XXXVII Anno.

[118v] Sigismundus Rex.

<sup>a)</sup> *In ms.:* animum(?)

## N. 70.

### **Sigismundus III Vasa, rex Poloniae Honorato Visconti**

Ticocinii, 10 XI 1630.

*Hortatur eum, ut decreta apostolica de Iesuitis exsequatur et iuventutis scholarum Iesuitarum insolentiam privatim et publice coerceat.*

<sup>129</sup> Propter lites et controversias de corrigendo et emendando Ordine exortas provincia Polona Franciscanorum Conventualium a. 1625 in duas partes scissa est, cfr. supra, N. 40, 49 et Kantak FP II, p. 135-139.

<sup>130</sup> Antonius Santacroce.

**Reg.:** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 33, n. 7 ff, p. 4-5.

**Reg.:** Kraków, BCz. 365, p. 429-430. Hic datum: 9 XI.

**Cop.:** Kraków, BCz, ms. 359, f. 404-405. Hic datum: 9 XI.

Sigismundus III Dei gratia, Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Prussiae, Moscoviae, Samogitiae, Livoniaeque necnon Suecorum, Gottorum, Vandalorumque hereditarius Rex.

Rev.me in Christo Pater, Amice noster charissime. Non potest Paternitas V.ra sanctius muneris sui primordia in Regno nostro auspicari, quam ab exequutione Decretorum Apostolicorum in causa Patrum Societatis Iesu nuper latorum<sup>131</sup>, in quibus vertitur auctoritas Sedis Apostolicae, cuius severum vindicem et assertorem, ut se in hac prima muneris sui inchoatione Paternitas V.ra ostendat, plurimum in reliquum tempus interest. Qua in re etsi adhortatione non eget Paternitas V.ra, tamen cum nostra etiam intersit prospicere, ut Decretis Apostolicis debitus in Regno nostro honor habeatur ac per ea religioni literisque propagandis, et quieti in Civitate nostra stabilien-  
dae ratio ineatur, compellendam his Paternitatem V.ram duximus, benevole postulantes, primum ut Academicam iuventutem, Patrum Societatis studiosos verbis ac verberibus privatim publiceque, uti ad nos defertur, divexantem, et nimiam insolentiam petulantiamque eorum, advocatis Academiae superioribus, coerceat, literasque Decretorum Apostolicorum, si necessitas postulaverit ac ipsi Paternitati V.rae, re ibidem plenius examinata, visum fuerit, executioni demandet. Non dubitamus [p. 5] Paternitatem V.ram id curae habituram primaque sui muneris et adventus in Regnum nostrum auspicia auctoritatis Apostolicae vindicatione pie et sancte inauguraturam. Quam de cetero bene valere cupimus. Datum Tykocini die X Novembris. Anno MDCXXX, Regnorum Nostrorum Poloniae XXXXIII, Suecie XXXVII Anno.

Sigismundus Rex.

## N. 71.

**Honoratus Visconti  
card. Francisco Barberini**

Cracoviae, 14 XI 1630.

*Significat se litteras eius, 5 X datas, tardius accepisse. Suspicitur fasciculum litterarum sibi inscriptum ad cardinalem Pallotto missum esse, se tamen certiore factum esse illum 29 X Vienna discessisse. Nuntiat rumorem de pace inter Polonos et Turcas inita, sed ob saevientem pestem et nimiam ab aula di-*

<sup>131</sup> Vide. N. 60.

*stantiam se nihil certi scribere posse. Pestis contagium non solum non remittere, sed ad ipsa Cracoviae suburbia iam accessisse. Se nescire, quando ad aulam regiam profecturus sit. Ad litteras suas ad regem et principes missas nulla responsa se hactenus accepisse nuntiat.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 106r-v. In f. 113v summarium. Folium inscriptionem epistulae continens deest.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 29v-30v.

*Eminentissimo etc.*

La lettera di V.ra Eminenza de 5 del passato<sup>132</sup> ha tardato a giungermi sino alli 9 stante, perché tardò anco a giungere l'ordinario precedente. E' l'ultima che da V.ra Eminenza ricevo, non havendomi portato la posta prossima quelle de li 12, come doveva. Ond'io ho fatto giuditio che poss'esser stato indirizzato il mio piego al Sig. Cardinal Pallotto<sup>133</sup>, che fin dalli 29 del decorso tengo aviso che partisse da Vienna. Con la sudetta lettera V.ra Eminenza si degna accusarmi d'haver saputo l'arrivo ch'io feci a Trieste, ond'io son certo d'haver un testimonio appresso V.ra Eminenza dell'adempimento del mio debito in questa parte. Così credo che le saranno giunte l'altre lettere, che l'ho continuate per strada, di tutt'i progressi del mio viaggio e doppo l'arrivo [di] ciascun ordinario. Rendo anco humilissime gratie a V.ra Eminenza della participatione dell'occorrenze pubbliche, e resto tanto maggiormente mortificato di non poter corrisponder a quest'honore nell'istessa materia. Qua s'è detta la pace fra i Polacchi et il Turco, ma, come l'uso assai raro delle poste per il Regno e gl'impedimenti del contagio lasciano giunger difficilmente avisi certi a chi è lontano dalla Corte, così io non ardisco d'affermarla [106v] per vera a V.ra Eminenza<sup>134</sup>.

Il contagio non solo non sminuisce, ma più tosto si va dilatando, e si dubita che del medesimo siano anco morti ultimamente alcuni ne' suburbi di questa Città. Della mia mossa dunque verso la Corte non posso dir cos'alcuna a V.ra Eminenza, dipendendo la resolutione da questi accidenti, i quali tengono tanto assediate le strade ch'ancor non ho havuto risposta delle lettere con che partecipai il mio arrivo alle Maestà et a' Principi. Per le medesime difficoltà anco i negozi non caminano, ond'io non ho materia d'accompagnar questa lettera con alcun'altra. E riverisco V.ra Eminenza humilissimamente. Di Cracovia, 14 Novembre 1630.

<sup>132</sup> Cfr. N. 46.

<sup>133</sup> Non est repertum.

<sup>134</sup> Tempore illo in aula imperatoris Turcarum fuisse constat oratorem regis Poloniae Alexandrum Piaseczyński, qui in pace cum Turcis servanda magnopere occupatus erat.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

(<sup>a</sup>-Humilissimo etc.

Honorato Arcivescovo di Larissa<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

N. 72.

**Card. Franciscus Barberini**  
**Honorato Visconti**

Romae, 16 XI 1630.

*Epistulas eius 10 et 17 X datas, de peste in Polonia grassante sibi nuntiantes, ad se allatas esse significat. De regis eiusque familiarium bona valetudine gaudet et suadet, ut suam ipsius valetudinem et negotia curet. Sperat tumultus in Transilvania concitatos conquieturos esse, cum primum fama de pace in Italia constituta illuc pervenerit.*

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 174A f. 167r-v.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6226 f. 197r-v.

Mi sono capitatae giuntamente con l'ordinario di questa settimana le due lettere de X e due altre de 17 del passato di V.ra Signoria con l'enunziato in esse<sup>135</sup>, per le quali ho con altrettanto sentimento udito i progressi che fa il mal contagioso in Varsovia e nella Polonia Superiore; quanto m'è di piacere che la Maestà del Re e le persone Reali continuino in buona [167v] salute, e che V.ra Signoria sia giunta costà prosperamente.

Io le ricordo il procurare la sua conservazione e fermarsi perciò dove potrà farlo con rischio minore e con minor pregiudizio di negotii.

I sospetti, che V.ra Signoria scrive haversi delle commotioni di Transilvania<sup>136</sup>, cesseranno facilmente all'udirsi lo stabilimento della pace d'Italia<sup>137</sup>, sì come le turbolenze di essa probabile che dessero animo ad altri di approfittarsene. Et a V.ra Signoria prego ogni bene. Roma, 16 Novembre 1630.

<sup>135</sup> Cfr. N. 48 et fortassis N. 47 (epistula 6 X data), necnon N. 53-54.

<sup>136</sup> Post mortem Gabrielis Bethlen (†1629), in Transilvania accerrimum certamen fuit de obtinendo imperio inter Georgium I Rákóczi et Domum Austriacam.

<sup>137</sup> 13 X 1630 Ratisbonae subscriptae, cfr. supra, N. 46 et Quazza II, p. 182-238.

## N. 73.

**Card. Scipio Borghese**  
**Honorato Visconti**

Mondrone, 18 XI 1630.

*Litteras eius, Cracovia missas, se accepisse nuntiat. De itinere eius usque il-  
 luc feliciter confecto gaudet; hortatur eum, ut salutem suam sibi curae habeat,  
 benevolentiam suam ei offert.*

**Reg.:** AV, F.Borghese III 30 f. 92v.

Mons. Arcivescovo di Larissa

In ogni loco e tempo esperimento novi segni dell'antico affetto di V.ra Signoria verso di me, di quello che ultimamente m'ha portato la sua, scrittami da Cracovia<sup>138</sup>. Sicome ringratio V.ra Signoria, così vivamente me rallegro seco altrettanto del suo felice viaggio sin costà, quanto mi dispiace che non possa proseguirlo per timore del contagio. E perché non corrisponderei all' amor di V.ra Signoria quando io non fossi così desideroso della salute sua, come a lei preme la mia, la prego però ad haversi bona cura, et a ricordarsi talhora che non cedo a niuno nella volontà e dispositione d'adoprarne in suo servitio. E per fine etc. Mondrone, 18 Novembre 1630.

## N. 74.

**Vladislaus Vasa**  
**Honorato Visconti**

Cnissini, 20 XI 1630.

*De felici eius in Poloniam adventu gaudet eumque salutatur. Parata sua servitia, post nuntii futurum in aulam regiam adventum, ei offert.*

**Reg.:** Milano, ASCBT, Arch.Visconti di Saliceto, caps. 33, n. 7 ff, p. 20. Sub litteris: "A tergo. All'Ill.mo e Rev.mo Sig. Monsignor Arcivescovo di Larissa e Nontio Apostolico".

---

<sup>138</sup>Non invenitur.

Ill.mo et Rev.mo Signore.

Il felice arivo [sic] di V.ra Signoria Ill.ma a questo Regno ha egualmente a tutti apportato contento, ma in particolare a noi per l'affetto che portiamo a soggetti di merito e valor singolare, com'ella è. La parte che si è compiciuta [sic] darcene con l' mezzo del officiosa sua lettera<sup>139</sup>, è stata conforme al desiderio, con che l'attendevamo; e le gratie che perciò le ne rendiamo, le presupponga molte e vive. Degnissi Nostro Signore Iddio di rimover l'impedimento che tien lontana V.ra Signoria Ill.ma dalla Corte, accioché posciamo di presenza honorarlo e coll'impiegare in cosa di suo servizio comprobarle meglio i sentimenti della nostra ottima volontà. Col qual fine di cuore la salutiamo. Di Chnessina<sup>140</sup>, li 20 di Novembre 1630.

Di V.ra Signoria Ill.ma e Rev.ma

Affettionatissimo  
Vladislao Sigismondo

**N. 75.**

**Honoratus Visconti  
card. Francisco Barberini**

Cracoviae, 21 XI 1630.

*Nuntiat se litteras eius retardatas, 12 X datas, quibus de acceptis epistulis per Viennam missis se certiozem reddebat, accepisse. Heri allatas sibi esse epistulas, 19 X missas, una cum litteris nuntii Veneti, qui de epistulis Viennae amissis sibi scripsit. Litteras notis arcanis scriptas ad se pervenisse significat, ad quas item notis secretis respondet. Adiungit novitates. In Polonia pestem saevire, propter quam profectio sua ad regem differatur. Sperat frigora rigidiora, cum venerint, contagium pestis debilitatura esse.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 108r-v. In f. 111v summarium. Folium inscriptionem epistulae continens deest.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 31v-32v.

Eminentissimo etc.

L'ultimo ordinario che giunse qua alli 17, quattro giorni doppo il solito, mi portò una lettera di V.ra Eminenza de 12 del passato, che dovevo ricever

<sup>139</sup> Non est reperta.

<sup>140</sup> Knyszyn (Cnissinum), oppidum et capitaneatus in terra Bialensi palatinatus Podlachiensis.

l'ordinario precedente<sup>141</sup>. Con essa m'accusa la lettera che le portò il mio arrivo a Vienna, et il ricapito de brevi che lasciai all'Eminentissimo Sig. Cardinal Pallotto, e prima in Naistot al Ser.mo Leopoldo Wilhelmo<sup>142</sup>. Le quali particolarità non mi danno occasione d'altra repplica. Le lettere poi che dovevano giungermi al tempo solito delle sudette, non vennero se non hier mattina, giorno straordinario per il loro arrivo: sono delli 19 del passato<sup>143</sup>, e furono scompagnate dal solito indrizzo di Mons. Nuntio di Venetia<sup>144</sup>, il quale, benché sia ritirato da quella Città, m'ha scritto ch'havrebbe sicuramente tutte le lettere che gli fossero inviate. Onde, sicom'ho aviso ch'in Vienna, nel farsi le diligenze del purgarle, se ne siano abrugiato alcune, così potrebb' esser che fossero andate a male con l'altre quelle di Mons. Nuntio. L'ho voluto significare a V.ra Eminenza per ogni buon rispetto, soggiungendole però che la sudetta sua lettera è venuta ben conditionata, che m'ha portato un suo foglietto in cifra<sup>145</sup> (ch'ha relatione ad un altro, che ricevei in Vienna)<sup>146</sup> e che m'avisa d'haver ella sentito, per la mia de 24 del passato<sup>147</sup>, gl'accidente del contagio in questo Regno. Al foglio in cifra rispondo con un simile, che vien annesso con la presente, sola in quest'ordinario<sup>148</sup>. Con la quale [108v] anco riceverà un foglio publico di nuove che si son raccolte con difficoltà fra tanti travagli del medesimo contagio, che non pure non cessa, ma si dilata più tosto molto universalmente et in Warsovia ho aviso, che sia più rigoroso dell'usato<sup>149</sup>. Secondo questi accidenti sta ancor sospesa la mia mossa verso Sua Maestà, né intorno a ciò so dir altro a V.ra Eminenza, se non che si persiste nel proposito di far la Dieta al tempo stabilito, sperandosi che la sopraggiunta de' freddi più rigorosi abolirà questi mali. Con che humilissimamente m'inchino a V.ra Eminenza. Di Cracovia, 21 Novembre 1630.

Di V.ra Eminenza Rev.ma

(<sup>a</sup>-Humilissimo etc.

Honorato Arcivescovo di Larissa<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

<sup>141</sup> Litterae ex Arce Gandulfi missae, 11 X (sic) datae sunt, cfr. N. 52.

<sup>142</sup> Cfr. N. 41.

<sup>143</sup> Cfr. N. 57-58.

<sup>144</sup> Non sunt repertae. Nullum omnino repertum est litterarum commercium inter Visconti, nuntium in Polonia, et Ioannem Baptistam Agucchia (1570 -1632), epum Amasenum et nuntium Venetiis a. 1623-1632.

<sup>145</sup> Cfr. N. 58., litteras instructionem illustrantes.

<sup>146</sup> Cfr. N. 58., relationem Antonii Santacroce, notis arcanis exaratam.

<sup>147</sup> Cfr. N. 61.

<sup>148</sup> Cfr. N. 76.

<sup>149</sup> Cfr. N. 77.

## N. 76.

**Honoratus Visconti**  
**card. Francisco Barberini**

Cracoviae, 21 XI 1630.

*Significat se Viennae accepisse Antonii Santacroce relationem notis arcanis scriptam et mandatum circa futuram regis electionem. Cum tamen ab aula regia adhuc absit, accuratius certiusque hac in parte responsum se nunc scribere non posse, sed putare in proxime futuris Comitiiis electionem celebratum non iri, nam Comitiiis ad eam rem peragendam sufficiens desit auctoritas; licet enim multi interregnum et progressus Gustavi Adolphi non parum metuant, non paucos tamen regni proceres electionem futuri regis, vivente adhuc rege moderno, non desiderare. Se ea in re sententiam cardinalis Santacroce, voluntati pontificiae conformem, opinionemque eius secuturum esse promittit.*

**Decifr.:** BV, Barb.Lat. 6587 f. 8r. In f. 9r or. notis arcanis confectum. Folium inscriptionem epistulae continens deest.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 44 f. 16r-v.

Di Cracovia da Mons. Arcivescovo di Larissa Nuntio, li 21 di Novembre 1630.  
 Deciferato li 27 di Dicembre

Ricevei in Vienna la relatione in cifra del Sig. Cardinal Santacroce<sup>150</sup>, e con l'ultime lettere ricevo l'ordine che mi soggiunge V.ra Eminenza nell'istessa maniera<sup>151</sup>. Intorno a che, se ben'io non posso replicarle cosa particolare, non havendo ancora potuto essere alla Corte, dove facilmente si sarebbe penetrato qualche cosa di questo negotio, nondimeno per quel che ho potuto scoprire sin'adesso, credo di poter affermare che con poco fondamento si spera l'elettione del successore a questa Corona nella futura Dieta, sì perché essa Dieta non haverà bastante autorità, come perché se bene molti sanno et apprendono i cattivi effetti dell'interregno e li prevedono peggiori dai progressi di Gustavo, con tutto ciò i più potenti e di maggior seguito stimano più che ogni altra cosa il poter fare un'attione di tanta importanza liberamente et obligarsi efficacemente il Re futuro, il che, pretendono, non possa loro succedere in vita di Sua Maestà. Io in questo particolare m'adoprarò secondo che vedrò l'occasione e secondo gli avvisi del medesimo Sig. Cardinal Santacroce, cioè conforme al santo zelo di N.ro Signore et al gusto di V.ra Eminenza.

---

<sup>150</sup> Cfr. N. 58.

<sup>151</sup> Cfr. N. 58.

**"Avviso"**  
**ab Honorato Visconti**  
**ad Secretariatum Status transmissum**

Cracoviae, 21 XI 1630.

*Nuntiat aulam regiam propter pestem Ticocinium se transtulisse. Comitia Regni ad 8 I dilata esse. Regem munus thesaurarii Lithuaniae in Stephanum Pac contulisse, in abbatiam vero Wąchocensem Ioannem Lipski destinasse. Per litteras Torquati Conti allatum esse Suecos per Elbingam in Pomeraniam transivisse, copias imperiales autem civitatem Arnswald expugnasse. Polonos nimiae in Suecos indulgentiae accusari. Regem adversus imperatorem excusatione usum esse. Principem Vladislaum Cnissini commorari. Tartaros, qui praeterita aestate in finibus Russiae satis numero creverunt, nunc tandem dissolutos esse. Turcas per nuntium Constantinopoli missum cum generali exercituum Polonorum capitaneo Koniępcolski convenisse, ut Cosaci bassam quendam in scaphis domum comitarentur. Henricum Firlej a rege episcopum Premisliensem nominatum esse. Rumorem esse allatum Torquatam Conti mortuum esse. Varsaviae pestem grassari. In Transilvania de imperio certamen esse inter Stephanum Bethlen, Georgium Rákóczi et Nicolaum Esterházy.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 42A f. 109r-110r. Folium inscriptionem epistulae continens deest.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 6159 f. 32v-34r.

Di Cracovia, li 21 Novembre 1630.

Scrivono di Tycocin<sup>152</sup>, dove hora si trova, ritirata da Warsovia per cagione della peste, la Corte, con lettere de 3, che Sua Maestà, benché prima di mettersi in viaggio a quella volta fosse stata toccata da qualche scesa d'humori nella schiena, nondimeno risolutisi quelli ben presto fosse ritornata in buona salute, e che per segno dell'allegrezza, con che Sua Maestà arrivava in quelle parti, si fosse fatta vedere pubblicamente danzare con la Ser.ma Regina.

Che non si pensava al ritorno a Warsovia sino al tempo della Dieta generale, già differita per gl'8 di Gennaro prossimo<sup>153</sup>. Che Sua Maestà haveva fatto gratia al Sig. Paz, Principale di Lituania, del Tesaurierato di quella Provincia<sup>154</sup>, et a Mons. Regente Lipsky dell'Abbatia di Wanchoz<sup>155</sup> di circa

<sup>152</sup> Tycocin.

<sup>153</sup> Comitiam tandem 29 I 1631 inchoata sunt.

<sup>154</sup> Stephanus Pac (1587-1640), thesaurarius Magni Ducatus Lithuaniae revera factus est nonnisi 24 XII 1630, deinde ab a. 1635 fuit vicecancellarius Lithuaniae.

20 mila fiorini di questa moneta d'entrata. Che il Palatino di Culma<sup>156</sup> aveva mandato al Gran Cancelliere<sup>157</sup> una lettera del Sig. Torquato Conti<sup>158</sup>, con cui si doleva che la cavalleria del Suecco fosse stata lasciata passare senza ostacolo per il Dominio di questa Corona da Elbinga sino in Pomerania, e che si era risposto che per essere impiegate le forze del Regno contro i Tartari in Ruscia [sic], non s'era potuto impedire lo sforzo del Suecco, il quale aveva contravenuto alle capitulationi della tregua. Che in questa conformità s'era Sua Maestà con lettere particolari scusata [109v] con l'Imperatore, et il medesimo Gran Cancelliere se n'era precisamente querelato con il Cancelliere di Suetia<sup>159</sup>. Con le sudette lettere ha anco dato conto il Sig. Torquato della recuperatione della città di Arnasvalt<sup>160</sup> in Pomerania, presa per assalto et abbrugiata dagl'Imperiali in faccia di Gostavo.

Il Ser.mo Wladislao si trova anc'egli ritirato a Knissin<sup>161</sup>, due leghe distante da Sua Maestà, onde ben spesso si trasferisce alla Corte, come aveva fatto alli 3 stante, e visitato li Ser.mi Principi suoi fratelli, li quali non erano giunti colà prima del giorno avanti da Osiezko<sup>162</sup>, dov'erano restati per mancamento de carri e carrozze bisognevoli al servizio delle loro Altezze.

(<sup>a</sup>-S'intende ch'i Tartari, ch'in tutta questa state s'erano ingrossati a' confini di Ruscia [sic] per depredare in questo Regno, se siano finalmente disciolti senza effetto, o per haver saputo che i Polacchi erano molto forti in campagna, o per la peste che è grande nella Valachia e Tartaria.

E' anco venuto a trovare il Generale di Polacchi<sup>163</sup> un Chiaus Turco<sup>164</sup>, condotto da certi Valachi, che subito giunti al campo vi sono morti di peste, e dopo diversi trattati in nome di un Bassa<sup>165</sup>, mandato da Costantinopoli con autorità suprema a quei confini, ha consentito questo Generale [110r] di darli certe barche di Cosachi per farlo tornare a casa in parte contento della sua commissione<sup>a</sup>).

Avisano in oltre da Ticocin con lettere de 9 che Sua Maestà continuasse con buona salute, come anco tutta la Corte, senza alcun sospetto di male con-

